

Ann. VI.

Num. I.

# VOX URBIS

DE LITTERIS ET BONIS ARTIBUS COMMENTARIUS

BIS IN MENSE PRODIT

Pretium annuae subnotationis, *ante solvendum*, est: in Italia Libellarum 10;  
ubique extra Italianam Lib. 15; M. 12; Sch. 12; Doll. 3; Rubl. 6; Flor. 7½.

Inscriptiones et omne genus indicationes pretio aequissimo referuntur, quod est in extremis commentarii paginis  
Lib. 0.50 pro unoquoque centimetro quadrato

Cuncta mittantur ad ARISTIDEM LEONORI equitem, commentarii VOX URBIS possessorem et administratorem  
ROMA — Via Alessandrina, 87 — ROMA

Subnotatio fieri potest:

IN RUSSIA

Apud GEBETHNER ET WOLF

Apud "KRONIKĄ RODZINNĄ"

IN ANGLIA

Apud BURNS AND OATES

IN CIVITATIBUS FOEDERATIS

AMERICAE SEPTENTR.

Apud FRIDERICUM PUSTET

IN GERMANIA

S. Sed. Ap. et S. Rit. Congr. Typ.

Apud FRIDERICUM PUSTET

IN CANADA

Apud LIBRAIRIE GRANGER FRÈRES

VARSAVIAE POLONORUM

Rakowskie Przedmiescie, 15.

VARSAVIAE POLONORUM

Krakowskie Przedmiescie, 6

LONDON W.

28, Orchard Street.

S. Sed. Ap. et S. Rit. Congr. Typ.

NEW YORK

52, Barclay Street. 436, Main Street.

CINCINNATI

52, Barclay Street. 436, Main Street.

RATISBONAE in BAVARIA

—

MONTREAL

1699, Rue Notre-Dame.

RERUM INDEX

TITULUS . . . . .	I. Fornari.
LEO XIII P. M. POLITIORIS HUMANITATIS CULTOR ET VINDEX . . . . .	P. Angelini.
CUM LEONE XIII P. M. DE LATINIS LITTERIS COLLOQUIUM . . . . .	Subalpinus.
LEO XIII OPIFICUM PATER . . . . .	I. Toniolo.
LEONI XIII P. M. PETRI IN ROMANA CATHEDRA SEDENTIS ANNOS EMINSO . . . . .	Fr. Xav. Reuss.
LEO XIII ET ARTES . . . . .	I. Casseri.
CARPINETUM OPPIDUM . . . . .	G. P.
LEONIS XIII IN URBE DOMICILIA . . . . .	H.D.V. Pieralice.
LEONIS PP. XIII AD IOSEPHUM FRATREM DE PRAECIPUIS VITAE FACTIS . . . . .	LEO PP. XIII.
ANTE PONTIFICATUM ELEGIA . . . . .	I. Antonelli.
QUIRITIUM AD PATREM VOTA . . . . .	Senior.
LEO XIII ET BIBLICAE DISCIPLINAE . . . . .	LEO PP. XIII.
DE RATIONE VITAE IN PONTIFICATU DEGENDAE INSCRIPTIONES . . . . .	A. Costaggini.
LEONIS PP. XIII DE PROPAGANDA CHRISTI FIDE SOLlicitudo . . . . .	I. Lapponi.
LEONIS XIII P. M. CORPORIS NATURA ET VALETUDO . . . . .	I. Wabner.
EX POLONIA. Leonis XIII de Slavorum genere vaticinium . . . . .	H. Doswald.
EX AMERICIS. Leonis PP. XIII in Americas beneficia . . . . .	Poplicola.
ANNALES. Leonis PP. XIII fasti in ratione civili . . . . .	LEO PP. XIII.
AENIGMA . . . . .	

*In tertia operculi pagina:*

VARIA: Quid nesciunt matres? - Leonis XIII circa corrigendos humanitas, benignitas, comitas. - In Leone XIII memoriae vis . P. d. V.

ROMAE

EX OFFICINA PACIS, PH. CUGGIANI

35, Via della Pace

MDCCCCIII

\* SOCIETAS LATIALIS EDITRIX — Romae, Corso Umberto I, 219. \*

## LA LEGGE

MONITORE GIUDIZIARIO E AMMINISTRATIVO

An. XLIII

Commentario huic, de rebus forensibus deque rei publicae administratione monenti, grandis quidem mutatio hoc anno MDCCCCIII allata est. Non solum enim **annuae subnotationis pretium**, quod libell. 36 hactenus fuit, ad libell. 24 **imminutum est** (*extra Italiam lib. 30*); sed longe auctus commentarius dabatur sociis, qui bis in mense fasciculum accipient paginis LII, iisque magnis ac bifariam divisis, constantem. Exente autem anno, universi iuris supellectili (*vulgo repertorio*), ex Italorum commentariis forensibus omnibus deprompta, donabuntur.

In commentarium **LA LEGGE** redigendum plus triginta viri inter clarissimos iuris peritos incumbunt, ita ut omnium huius generis absolutissimus sis exsistat, itemque qui minimo pretio veneat.

FASCICULI SPECIMINIS GRATIA GRATUITO MITTUNTUR.

Omnia quae ad commentarium attinent sic inscribantur:

Società Editrice Laziale

ROMA, CORSO UMBERTO I, 219.

Subnotatio binos commentarios complectens **LA LEGGE & MINERVA**  
libell. 31, loco libell. 34, datur.

## MINERVA

RIVISTA DELLE RIVISTE

An. XIII

**MINERVA** ex probatissimis totius orbis commentariis excerptis atque in epitomen cogit summi momenti scripta, quae de doctrinis, de ratione civili, de religione, litteris, bonisque artibus omnibus vulgentur. Singulis dominicis diebus XXIV magnis paginis prodit, praeter operculum, quod pag. VIII constat.

Praemia lectissima sociis conferuntur.

Premium annuae subnotationis est  
libell. 10; extra Italiam libell. 12,50.

FASCICULI SPECIMINIS GRATIA GRATUITO MITTUNTUR.

Omnia quae ad commentarium attinent sic inscribantur:

Società Editrice Laziale

ROMA, CORSO UMBERTO I, 219.

## SOCIIS MONITUM.

Sociis pluribus morem gerentes idib. Novembr. an. MDCCCCII apud Commentarii *Vox Urbis* administratorem officium instituimus, quod de negotiis Ecclesiasticis sit; de expediendis scilicet rationibus omnibus, quae apud Romanæ Ecclesiae « Congregationes » aguntur.

Itaque si quis procuratione nostra uti velit, profecto temperantiam in pretio, studium atque alacritatem in opere inveniet.

Ann. VI.

ROMAE, Kal. Ianuarii MDCCCCIII.

Num. I.

# VOX URBIS

DE LITTERIS ET BONIS ARTIBUS COMMENTARIUS

PRETUM SUBNOTATIONIS:

In Italia: Lib. 10 — Ubique extra italiam:  
Lib. 15, M. 12, Sch. 12, Doll. 3, Rubl. 6, Flor. 7  $\frac{1}{2}$ .

BIS IN MENSE PRODIT

POSSESSOR ET ADMINISTRATOR:  
ARISTIDES LEONORI, eques.  
ROMAE — Via Alessandrina, 87.

“ VOX URBIS ,”

Via Alessandrina, 87

(ITALIA)

ROMA



EFFIGIES NOVISSIMA LEONIS XIII P. M.

QUAM IPSO MANDANTE

ROMAE HIS DIEBUS EXPRESSIT PAULUS TADOLINI PICTOR.

Ann. VI.

ROMAE, Kal. Ianuarii MDCCCCIII.

Num. I.

# VOX URBIS

DE LITTERIS ET BONIS ARTIBUS COMMENTARIUS

PRETUM SUBNOTATIONIS:

In Italia: Lib. 10 — Ubique extra Italiam:  
Lib. 15, M. 12, Sch. 12, Doll. 3, Rubl. 6, Flor. 7  $\frac{1}{2}$ .

BIS IN MENSE PRODIT

POSSESSOR ET ADMINISTRATOR:  
ARISTIDES LEONORI, eques.  
ROMAE - Via Alessandrina, 87.



EFFIGIES NOVISSIMA LEONIS XIII P. M.

QUAM IPSO MANDANTE

ROMAE HIS DIEBUS EXPRESSIT PAULUS TADOLINI PICTOR.

DUM Ang  
Eius, peculia  
et exquirunt  
legionis mili  
ligioni tantu  
studii etiam  
unum illud  
spatiis oratio  
extenuare ve  
Abest enim su  
extollenda v  
genio et flag  
haetenus iud  
primum Is ro

quisita undiq  
adnotata, va  
puerili ausu  
clarum earm  
tium.

Atque alii c  
tura philosophi  
in dies aneta  
etrina: quo sa  
eloquentiam  
ampla et ser  
verborum. Al  
ipso, non fue  
pondus, minu  
pium et qua  
salubritatem i  
tam externis  
sermonem, qu  
vim, in eaqu  
aurium subtil

Neque ii t  
dio religionis  
gratiae causa  
deduci. Sunt e

## LEO XIII. P. M.

## POLITORIS HUMANITATIS CULTOR ET VINDEX.

**D**um Augusto Pontifici, per occasionem anni quinti supra vicesimum sacri principatus Eius, peculiares undique honores et parati sunt et exquiruntur, liceat gregariis nobis latinae legionis militibus pauca loqui de Viro, non religioni tantum et patriae divinitus dato, sed studiis etiam humanitatis ac litterarum. In quo unum illud veremur, ne angustis interclusa spatiis oratio, dum quaerit in dicendo modum, extenuare verbis rerum magnitudinem videatur. Abest enim suspicio quaevi assentationis in Eius extollenda virtute, quem et praestantissimo ingenio et flagranti studio esse optimus quisque hactenus iudicavit; cuius egregia scripta, ubi primum Is romanae Sedis fastigium attigit, con-

rius Bonghius, qui, quum saepe alia scripta Pontificis, tum maxime ipsius iuvenile carmen « *de invaletudine sua* » amplissimis verbis est prosequutus; cui plane tibulliano carmini non dubitavit leopardianam lyram spe vacuam posthabere. Nec minus habet pretii Iacobi Zanellae iudicium, affirmantis, nihil allatum ab oratore Pontifice, nisi nobile et grande, perfectum ingenio, elaboratum industria; a poeta vero nihil quod non Vergilium aut Horatium non redoleat felicissime. Idem ferme de Ipsius eloquentia cum omni doctrinae ratione coniuncta, sacra praesertim, optime disserit hispanus ille Aemilius Castelarius, idem Eggerius, graeci et latini sermonis peritissimus, idem Bartholomeus a Sancto Hilario, idem Nisardus; idem e nostris, praeclari sane viri, Grossus, Vitriolius, Lanfranchius, Ronchinius aliisque, quos longum est singulos persequi. Quae denique diaria aut

tis in rem litteris gravissimis, excitatis ubique terrarum scholis et magistris, propositis praemii, institutis coetibus, attributis Thomae operibus ex integro edendis argenteorum italicorum CCC millibus. Idem Scripturae sacrae plenius excolenda auctor exstitit, sive hortatoriis litteris, sive excitatis doctorum circulis, sive orientalium linguarum et antiquitatum constitutis magisteriis. Quia vero in tanto ingeniorum cursu tantaque cupiditate discendi plura sunt aut sapienter inventa aut investigata subtilius, quae minus deceat non habere perspecta, sedulo advigilavit, ne quidquid incrementi dies afferret, sacri ordinis viros diu lateret. Itaque providentiam eius minime desiderarunt discipline illae, quae in antiquitatibus serutandis illustrandisque versantur. Nam, praeter bibliothecas alias ab Ipso ingenii alendis paratas, Vaticanae incremento consuluit; normas in co-

ANNVM · MDCCCCIII

CHRISTIANO · NOMINI · AVSPICATISSIMVM

OB · RENOVATOS · A · LEONE · XIII

PETRI · DIES · IN · SACRO · PRINCIPATV

VOX · VRBIS · GESTIENTI · ANIMO · SALVTAT

SVMMOQVE · PONTIFICI

LITTERARVM · ET · BONARVM · ARTIVM · AVCTORI

DOCTRINAE · ATQVE · HUMANITATIS · OMNIS · EXEMPLIO

NON · MINVS · QVAM · DIVINI · ET · HUMANI · IVRIS

CVSTODI · VINDICI

OBSEQVII · AC · RELIGIONIS · TESTIMONIVM

D · D · D ·

JOSEPHUS FORNARI (FORFEX)

in Comm. Vox Urbis redigendo primas agens.

quisita undique summa contentione sunt, a multis adnotata, variis redditis linguis, a primo illo puerili ausu « *In Pavanum* » usque ad praecellarum carmen: *Cultrix bonarum nobilis artium*.

Atque alii quidem iure admirantur inesse natura philosophiam in huius Viri mente quandam, in dies auctam et vitae usu et exquisita doctrina; quo sapientiae nutrimento educatam eius eloquentiam processisse grandiloquam, cum ampla et sententiatarum gravitate et maiestate verborum. Alii laudibus efferunt naturalem in ipso, non fucatum nitorem, in quo, ob rerum pondus, minus advertatur delectationis auctorium et quadranda orationis industria. Alii salubritatem notant latinae dictionis, nullis oblitam externis pigmentis; alii placide fluentem sermonem, quasi sedatum amnum; alii poeticam vim, in eaque et pulcri sensum et iudicium aurum subtilissimum.

Neque ii tantum ista praedicant qui aut studio religionis praecipue commendantur, aut gratiae causa facile possunt ad haec officia deduci. Sunt enim ab ea suspicione remoti Roge-

commentarii, quae scholae, quae academiae, qui cireuli, quae publicae aut privatae voces de Augusti scriptoris maximeque poetae laudibus contieuerunt?

Non ita tamen Ille se litteris abdidit, ut nihil posset ex iis ad communem afferre fructum; sed quantum auctoritate, consilio, pecunia eniti atque efficere potuit, nihil praetermissit, quod ad incrementa bonarum artium pertinere arbitratus esset. Quo igitur tempore multi solebant, more exemplique urbanae forensis disciplinae, vel satis inepte vel etiam perperam scribere, funestumque illud scientiae et litterarum discidium divinis et humanis rebus caliginem quandam videbatur offundere, Leo prodidit, quasi lux oblata divinitus, coepitque in religionis et humanitatis decus excitare litteras. Quas optime ratus, sine rerum doctrina, aut nullas esse aut ad perniciem paratas, lucentumque his temporibus esse cum adversariis apparatissimis, qui subsidia sibi ex omni genere cognitionis conquererent, primum philosophiae rerumque sacrarum studia ad Thomae Aquinatis rationem revocanda curavit, da-

dicibus inspieiendis describendisque constituit; operibus historiae adornandis opportunam ex illa voluit patere supellectilem; urbano eruditorum collegio studiis rerum antiquarum promovendis annua praemia destinavit. Iurisprudentia ut novis temporibus responderet saluberrimo consilio providit auxitque eius discipline doctores, praesertim in athenaeo ad Sancti Apollinaris. Studia etiam, quae hodie maximo in honore sunt, de societate civili, proximitate, scholis, academiis, commentariis vel institutis vel auctis. Nec minus ei curae fuerunt quae in physicis investigandis disciplinae versantur; cuius rei testimonio esse possunt et additum lyceo Vaticano physices atque historiae naturalis theatrum, et novorum Lyneorum amplificatus coetus, et, regium opus, Vaticana turris ad sidera eorumque motus explorandos, acceitis viris peritissimis, penes quos esset rei moderatio, in eamque societatem advocatis aliis, qui conficiendas tabulas curarent totius imaginem caeli, agente luce, referentes.

Quid memorem quot lyceis Urbem ditaverit, quot gymnasii, quot artium scholis quas te-

ꝝ; vocant, quot ludis primordiorum, ex quibus omnibus adolescentes, per magistros docendi facultate publice instructos, honestam emenso cursu missionem assequerentur? Quid Leonianum Collegium in Urbe amplissimum? Quid Carolianum instituendis clericis transpadanae regionis? Quid per Italianam complura, in quibus maxime Anagninum? Quid quod longinqua oceanii spatia animo et cogitatione traiiciens, non solum doctrinae sedes variis in locis aut instituit ipse, aut instituendorum vel amplificandorum suasor fuit, sed suum ferme cuique genti collegium in Urbe patere voluit adolescentibus in spem Ecclesiae succrescentibus? Est enim suum Armenis, est Ruthenis, est Marianitis; sua sunt Hispaniensibus, Lusitanis, Anglis, Belgis.

Piget haec summatim breviterque describere, ac fateri cum Tullio, narrationis huius nostrae difficultius esse exitum quam principium invenire. Itaque praetereo, quot erudit viri a tanto Principe fuerint beneficiis ornati, quot maximis propositis praemiis ad excellentiam incitati. Ecquam ingenii vim passus est diu delitescere? Aut quem praestantem in arte aliqua virum, vel sua modestia vel aliorum invidia iacentem, non erexit?

Tot rebus munito ad insignem humanitatem itinere, fieri non poterat ut omnis tractatio litterarum in debitum honoris ac dignitatis locum non assureret. Testes mihi sunt et immixta cohors horride inulteque dicentum, et poetarum sodalitia, non tam ad veterem gloriam revirentia, quam ad saniores Musas conversa, et scriptorum genus multiplex, quorum non paucis anteacta quaevis aetas invideat. Cui augendo numero haud parum profuturum censemus Leonianum Institutum altioris litteraturae, in sacro Seminario romano adolescentibus apertum aetoris ingenii, qui, emenso lyceo, possint in graecis, latinis et italicis litteris limatus aliquid perfectiusque contingere. In eaque disciplina, qui monumento Ravennae ponendo Alighero nostro decem millia italicorum nummum contulerat, idem Pontifex, ad penitorem divini poematis cognitionem, proprium esse magisterium iussit.

Quod si eui forte videatur, ex iacto tam laeto semine uberiorem exspectari debuisse fructum, huic memoria ne excidat, vel sapientissima principum consilia saepe vitio eorum intercipi, quibus negotia commissa sint, nec facile posse Leonis mentem exaequari a quovis eiusque grandibus coepitis se parem praestare. Interea ex tot tantisque rebus ab Eo, intra Vaticani ambitum ad provehendam humanitatem suscepitis, facile coniici potest, quanto maiora fuisset acturus, si melior ad amplitudinem et gloriam fuisset Illi adiuncta fortuna. Quam quidem haud ita credimus a Petri solo remotam, rati, quod historia testatur, reipublicae sortes cum principatu doctrinae ac litterarum solere esse coiunetas.

Quod reliquum est, immortales habendae gratiae sunt Leoni XIII quod cultum bonarum artium ad huius aevi salutem et beneficium transtulerit. Nec est, Ipso duce et auspice, cur nostra scribentium in commentario latino infringatur spes aut languescat industria. Nam cui placuit haud semel suis carminibus has paginas

exornare, is profecto non indignum putabit maiestate Sua benignis oculis intueri suoque patrocinio iuvare palaestram, de qua forte, non nisi sedente Leone, cogitari poterat; palaestram, inquam, latini sermonis, cuius usus Pontificum romanorum est, arbitrium et imperium Leonis.

PETRUS ANGELINI.

### CUM LEONE XIII P. M. DE LATINIS LITTERIS COLLOQUIUM.

**E**RAT annus saeculi nuper elapsi nonagesimus secundus, et ego, Romam profectus, Pontificem maximum, prae sua benevolentia, adire potui. Dum ex more nomen meum refertur, Ipse, antiquam veluti hominis memoriam in mentem revocans, meque fulgidissimis luminibus intuens: — «Tune — ait — es ille vir, litteris clarescens, qui aliquot ante annos de ratione quadam studiorum cum Vall..... certare non dubitasti?»

— «Admodum, sancte Pater!»  
— «Novi te, fili, et gratulor tibi quod ita optimam partem sustineris, et sapienter et fortiter hominis audentiam fregeris.»

Hie ad Socium, qui mecum ad Eius latera praesens aderat, conversus: — «Quod filii tui, — inquit —, singulari animi studio ad latinas litteras contendat easque foveant et colant, gaudeo quam maxime, proboque. Homines enim profani hoc sibi deus in primis asserunt, sequi principes in hoc genere adpellant. Et nos in istud litterarum certamen advocati, pugnavimus strenui. Vix enim saerum Pontificatum fumus auspicati, ad illud potissime animum intendimus ut quotquot vel levissima scripta e Nostra Curia in vulgus edenda essent, ad omnium gentium commodum, elegantia quadam circumfusa, puroque sermone, omnibus vel acerrimi iudicii viris probarentur, et quae non iam in vanitate sistunt verborum, sed in veritate, altitudine quoque sententiarum atque elegantia longe lateque acciperentur. Nos autem Itali, in ipso latinarum litterarum interitu, argutae suavitatis haud expertes, quidquid ad humanam pertinet dignitatem, nostri semper, varii, subtiliter, copiosi, scriptis complectimur. Sed nescio quo fato in peius ruimus... Nos, credo, aliquando pudebit, antiquis exemplaribus relictis, inveniendi normam ab iis petuisse, quorum maiores omne pulchritudinis lumen in his terris extinxerunt! Et Nos, licet tot rerum pondere pressi, ad honestam animi remissionem descendentes, vota, spem gentium, pectoris euras versibus effundimus...»

— «Quos, — ego hic interrumpere ausus, addidi —, felix itala tellus admirata accipit et illud Horatii memorat:

*Cum tot sustineas et tanta negotia solus  
Res Italas.... tuteris, moribus ornes,  
Legibus emendes....»*

Tunc e cathedra, iuvenili gradu exsiliens, in extremum conclave se contulit, ac manibus volumen Carminum suorum, nuperrime summa arte editum, arripuit, idque fortuito aperiens, senex tot muneribus clarus, et in supra omnia dignitate positus, nobis stupescientibus, veluti dulcedine abreptus mira voluptate aliquot perlegit.

Tunc demum ad me iterum eonversus: — «Ae-  
cipe, — dixit —, hoc meum volumen, sitque meae  
in te benevolentiae pignus!»



Gloria haec tua, Leo XIII, litterarum hono-  
rem, in tot rerum difficultatibus, tam alte verbis  
sustulisse atque exemplis, et singulari et paene  
divino consilio anicipitem studiorum disciplinam,  
omnibus plaudentibus, erexit, et nos hoc etiam  
nomine istud Tibi deus Itali admirati ultro offe-  
rimus, quod ad pristinam antiqui temporis glo-  
riam Romanorum veteranum sermonem unus re-  
vocaveris.

Utinam vero Tibi contigerit hanc flammarum  
nostrorum peitoribus iniicere, ut quum ipsi  
secum reputaverint qua patria editi sint, quo-  
rum exemplis instructi, eas maxime litteras  
velint excolere, quibus proavi tantam sibi  
laudem quaeviserunt. Et aemulos quidem in  
eeteris disciplinis ubique invenimus, sed haec  
opinio adhuc manet in *animis* gentium exter-  
rarum, aerius de pulero iudicium adeo Italorum  
proprium esse, ut multae artes sub alio solo pari  
felicitate tractari nequeant. Quid porro deest  
Italorum ingenis, ut viam a tam magno atque  
illustri exemplo commostratam insistant?

Ad Leonis XIII imitationem aequalium et  
posteriorum studia excitemus; et sic nobis eri-  
mus et patriae ornamento.

SUBALPINUS.

### LEO XIII OPIFICUM PATER.

**A**BHINC paucos annos, urgente stimulo inno-  
vatae vel innovandae reipublicae, qui sti-  
mulus properante etiisque aetatis occasu ve-  
hementius pulsat animos, catholicorum ipsae  
cohorts, quae pro sua parte atque mente sua  
in novam hanc metam tendunt, oculus citiusque  
curriculum initum dimetiri videntur. Si quis  
autem quaerat quidnam insoliti et haec  
ignoti ausus sibi velint, quidnam vires nostrae  
portendant, nil esse fatebimur quod saecularia  
documenta fidei nostrae aut minuat aut deleaf,  
at omnia potius praesens tempus completere, aut  
futura praespicer.

Iamvero opifices, agricolae, aliique ex plebe  
homines novissima hac aetate quasi in novum  
ordinem conseruere manus, ut ad rem publicam  
aceederent, ut sibi suisque non imperii tantum,  
sed etiam divitiarum ceterorumque bonorum  
virilem partem vindicarent. Angli immo, quo-  
rum in litore potissimum atque primum com-  
mercia navalia industresque omnes artes sum-  
psere incrementum, id iam a saeculo sunt asse-  
qui *Trades unions* collegiis illis opificum,  
quae iuxta varia artificum opera tum per pro-  
vincias, tum per oppida coaluerunt.

Alia alibi similibus ausibus nomina: apud  
nostros «fasees» interdum non sine minaci-  
mente res dieta, «ordines» apud Americanos;  
Belgae, Galli, Auctri, Germani huiusmodi col-  
legia legum quoque praesidio munierunt. Mens  
autem communis omnibus una, ut delectis a se  
oratoribus legatisque, sociorum iura aut spreta-

hactenus, aut  
tur, instaurent  
Atqui novan-  
iniastam neque  
magister summ  
mus, ut notum  
opifices proleta  
quod apprime  
mis christiana  
giorum vero pr  
in unum eunde  
coniungat, alter  
lia alia ab a  
tifex consilio sa  
maxima utilitat  
riter favendae  
praedieavit; ce  
arbitrorum cons  
legati utrinque  
mediis, abaeta  
cione, caritatis  
rabunt.

Christiani Ev  
ab instituta prim  
labores incumbe  
lari, quippe ope  
stus, formam in  
crum fecit et sa  
monumenta sap  
terpretatus est e  
« De conditione  
iura definiens, q  
bem veluti in n  
omnesque horta  
spretis induciis  
dentur profecto  
iam iterare Iesu  
bam »; atque in  
puli inita renov  
icitate nomen  
ipsius operis con  
forte heic vel ill  
a proclamando  
sed illud firma  
populum ».

Ea doctrina ex  
purpuratus Episc  
nautarum baiulon  
dit, obortam liter  
meretque Christi  
voce compellari  
inde ea doctrina  
tor Helvetieus in  
mitiis ita litteras  
atque est commen  
omnis in humeros  
phali Pontificem

Ita Leonis XI  
ut Ecclesiae com  
hactenus maxime  
retur.

Ipse paternum  
sie Pontifex ubiq  
praeuersit, quoru  
aut tot animi per  
vita. Iamque eius  
divinum illud pra  
pauperibus » ea v

conversus: - « Accen-  
men, sitque meae

litterarum hono-  
s, tam alte verbis  
ingulari et paene  
orum disciplinam,  
et nos hoc etiam  
mirati ulti offe-  
qui temporis glo-  
monem unus re-

t hanc flammat-  
ut quum ipsi  
a editi sint, quo-  
maxime litteras  
avi tantam sibi  
nulos quidem in  
nimus, sed haec  
s gentium exte-  
m adeo Italorum  
sub alio solo pari  
quid porro deest  
am magno atque  
insistant?

SUBALPINUS.

OMOMOMOMOM

ATER.

nte stimo inno-  
publicae, qui sti-  
tatis occasu ve-  
holicorum ipsae  
atque mente sua  
ceius citiusque  
dentur. Si quis  
liti et haec  
am vires nostrae  
quod saecularia  
nnat aut deleaf,  
us complere, aut

aliique ex plebe  
quasi in novum  
d rem publicam  
imperii tantum,  
mque bonorum  
gli immo, quo-  
primum com-  
unes artes sum-  
eculo sunt asse-  
illis opificum,  
a tum per pro-  
runt.

nomina: apud  
n sine minaci  
d Americanos;  
huiusmodi col-  
unferunt. Mens  
ut delectis a se  
fura aut spreta

hactenus, aut conculeata, in re publica adseran-  
tur, instaurentur.

Atqui novam hanc mentem non modo neque iniustam neque iniquam catholieigregis Leo XIII, magister summus, censuit; quinimmo ipse primus, ut notum est, id oportere conelamavit, ut opifices proletarii in sodalitia coniungerentur, quod apprime consonum remedium vetustissimi mis christiana civitatis monitis habetur. Collegiorum vero proposita ratio duplex, altera quae in unum eundemque finem dominos opifices coniungat, altera quae utriusque ordinis sodalicia alia ab aliis distinguat. Ipse enim Pontifex consilio sapienti temporis necessitates cum maxima utilitate componere nisus, utilem pariter fovendae concordiae utrumque modum praedicavit; ceterum inter utrumque ordinem, arbitrorum consilia constituenda suasit, ad quae legati utrinque delecti convenienter. Hisce remediis, abacta pugnae proeliive civilis suspicione, caritatis atque iustitiae triumphi prope-  
rabunt.

Christiani Evangelii documentum est, usque ab instituta primum Ecclesia, opifices in manuum labores incumbentes maximis honoribus cumulari, quippe operi intendant quod Ipse Christus, formam induitus humanam, vita sua sacrum fecit et sanctum. Tradita haec a saeculis monumenta sapientissimus Pontifex etiam interpretatus est encyclicis litteris, quas inscripsit « De conditione opificum », munera eorum atque iura definiens, questus acerrime hodiernam ple-  
bem veluti in novam servitatem esse redactam, omnesque hortatus ut pro sua quisque parte spretis inducias ad rem afferrent remedium. Vi-  
dentur profecto querula haec Patris verba illud iam iterare Iesu effatum: « Misereor super tur-  
bam »; atque inde hodierna totius fidelis populi inita renovatio, quae a christiana populari civitate nomen sumpsit. Neque, etsi brevi de ipsius operis condicionibus et modis dissidia forte heic vel illic inter nostros oborta fuerint, a proclamando altius verbo Dei Leo recessit, sed illud firma voce iterum arguit: « Ite ad populum ».

Ea doctrina eretus iam Westmonasteriensis purpuratus Episcopus, dum flagrat in portu nautarum baiulorumque seditio, ad eos descendit, obortam item componit, restitut pacem, meretque Christi legatus popularium concordie voce compellari (*Ambassador of Christ*); deinde ea doctrina firmatus De Courtins ille orator Helveticus in maximis suorum civium comitiis ita litteras « Rerum novarum » exposuit atque est commentatus, ut denique multitudine omnis in humeros eum sublevans ovatione triumphali Pontificem opificum conelamaverit.

Ita Leonis XIII arte et cautela est factum ut Ecclesiae commercium una cum populis sibi haec tenus maxime adversis ex integro restituatur.

Ipse paternum ut sequantur exemplum arguit sic Pontifex ubique filios, optimates, ditiones prae-  
sertim, quorum aut tot dolorum incuriosa, aut tot animi perturbationum negligens effluit vita. Iamque eius ex labiis continenter insonat divinum illud praeceptum: « Quod superest date pauperibus » ea voce tamen, ut non hortationem

tantum, sed legem audiamus conelamari. Legi itaque iubenti atque « ad factum » cogenti quis nisi impius aut amens obsistat; quis surdas aures opponat?

Iamque devoti ad Pontificis voces commo-  
ventur ubique fideles, dumque coalescent fide-  
lium opificium sodalitia, dumque fidelis factionis  
oratores iura popularia in comitiis tuentur, viri  
laude christiana dignissimi opes aut a maioribus  
traditas aut comparatas industria ita distribuunt,  
ut operi manuum vacantes opifices sibi subditi  
felix inde atque aequum et iustum beneficium  
consequantur. Belgica in natione id patet maxi-  
me; patet inter Gallorum opifices Harmelio  
auspice et patrono, patet in Germanicis comi-  
tiis, in nordicis Italiae sodaliciis.

Haec initia sunt tamen et vix primordia,  
quaes tantae voei responderint; atque si licet  
inde auspiciu venturi aevi proferre tutum,  
ius operarii ordinis per christiana exempla in-  
novatum, insigne maxime atque perenne tanti  
Pontificis monumentum apud nepotes fiet.

JOSEPHUS TONILO.

### LEONI XIII P. M. PETRI IN ROMANA CATHEDRA SEDENTIS ANNOS EMENTO

*Quos vixit annos principe Caesarum  
In urbe Petrus, nunc Tibi contigit  
Vixisse praecincto Tiarā,  
Magne Leo, redivive Petre.  
Regnabis ultra. Qui Deus omnium  
Metitur aevum, tempora condidit,  
Quae Te manerent, longiora  
Ac patribus revoluta priscis.  
Terno decorum quam diadema  
Te Roma primum vidit, ovantium  
Inter triumphantumque plausus,  
Flebilis insonuit querela.  
Audita vox est: « Heu! nive Pontifex  
Canet senili; moxque decennia  
Septena completurus, orbi  
Sol velut occiduus nitescit. »  
At, sidus alnum, quina nitescere  
Post lustra gaudes; quaeque procacior  
Mussabat occasum propinquum,  
Lingua iacet sub humo, siletque.  
Haec Ille fecit, sistere nescii  
Qui solis olim, supplice Iosua,  
Iussit coruscum stare currum,  
Inque diem radiare duplam.  
Te saeculorum Rex iuvenescere  
Iussit, potum sensibus integris  
Ac mente quae, lassata nunquam,  
Scanderet et iuga celsa Pindi.  
Abs Te fugavit quotquot in intimis  
Venis latescant, quotquot in aere  
Serpunt lues, hac voce missa:  
« Este procul, procul este, morbi! »  
Curas acerbas pellere noluit,  
Quis nempe servat nobile praemium.  
At, ne terant vitale stamen  
Aut brevient, pius Ille cavit.  
Has Ipse curas leniit, undique  
Ad Te vocatā cix numerabili  
Credentium turbā, Magistrum  
Quae Fidei coleret supremum.*

*Dux, Christe, noster certus ad aethera!  
Adsiste Dextera, cui tua credita,  
Quae nunc procellosas per undas  
Navigat ad superos, Carina.*

*His Tu procellis, Arbiter, impera:  
Fluctus tumentes comprime; nubila  
Dispelle, caelum da serenum:  
Haeque Leo videat, canatque.*

FRANCISCUS XAV. REUSS.

### LEO XIII ET ARTES.

CETERORUM Pontificum, Leonis X prae-  
sertim, vestigiis inhaerens Leo PP. XIII, iam ex  
sui pontificatus initio, bonis artibus colendis  
evehendisque tota animi contentione studuit.  
Ac primum praeccepit ut pretiosissima Vaticana  
bibliothea litterarum studiosis quotidie pate-  
ret, curavitque ut per scriptores ad id institu-  
tos singulorum omniumque innumerorum volu-  
minum seriberent indices, qui eorum breve  
idemque accuratum praferrent summarium.  
Quod quantum ad litteras, artes, ac potissimum  
historica studia contulerit nemo est, qui  
non intelligat. Atque paucis ante mensibus in-  
comparabilem Vaticanae bibliothecae thesaurum,  
expensis circiter sexcentis libellarum millibus,  
Barberinii Princepis bibliotheca auxit cumula-  
vitque. Heic autem, nisi spatii angeremur angu-  
stiis, mirificas aulas Borgianas regali munifi-  
centia a Leone in pristinum restitutas verbis  
abunde consequi opus esset; sed id brevitatis  
gratia ad alium Commentarii nostri numerum  
deferimus.

At vero non possum facere, quin obiter me-  
morem caelestia investigandi locum a munifice  
Pontifice in Vaticanis aedibus institutum, qui  
et peropportuna eminentia, et instrumentorum  
copia et perfectione, et virorum qui stellis su-  
spiciendis intendunt humanitate atque doctrina  
dignus fuit, qui quattuordecim celeberrimis or-  
bis terrarum id genus locis ad caeli chartam  
photographice exprimendam designat coopta-  
reretur. Quid autem de Vaticana dicam exposi-  
tione, quum Leoni anno MDCCCLXXXVIII  
sacerdotiale iubilaeum celebranti ex remotissi-  
mis usque atque inter se dissitis orbis terrarum  
oris innumerata missa sunt munera, ex quibus  
cuiuslibet artis mirifica patuere documenta?

Neque silentio sunt praetereunda, quae in  
Lateranensi basilica Leo facienda curavit: ibi  
enim, ut recens omittam musices instrumentum,  
quod vulgo organum appellatur, videre est tum  
absydem exquisita arte ampliatam atque ad  
plenum restitutam, quae marmoribus, auro, pi-  
eturis ac vermiculatis emblematis ornatur et  
renidet, tum elegantissimam porticum funditus  
erectam, quae ex ipsa absyde ad baptismatis  
ducit fontem. Nunc vero in eo est, ut insigne  
templi lacunar, ob vetustatem pulvere infectum  
ac paene decoloratum, Leonis munificentia om-  
nino renovetur. Idemque auctor fuit ut tem-  
plum S. Ioachim dicatum Romae aedificaretur,  
quod marmore prae-  
sertim pretioso, columnis,  
ornamentis ex aere ductis ceterisque archite-  
cturae artibus sui admirationem iniecit in spe-  
ctatores. Praeterea munificus Pontifex ut cele-  
berrimi Urbinatis magis ac magis foveret artem,  
solemni expositione Augustae Taurinorum tres

annos abhinc habita, praemium decem millium libellarum constituit ei conferendum, qui Saerae Familiae imaginem melius effingeret coloribus.

Sexenta alia, nisi spatii angustiae vetarent, verbis adhuc persequi possum; sed haec pauca satis sit leviter attigisse ac summis, paene dixerim, hausisse labiis. Ferventibus igitur annuat votis nostris Deus, ut Augustus Moeccenas bonis artibus colendis, christiana religioni fovendae tuendaeque, civili denique hominum communitati sapienter ad bonam frugem reducendae quam diutissime sospes servetur.

I. CASSERI (HERSILUS).

### CARPINETUM OPPIDUM

**F**ELIX hoc oppidum, Leonis XIII patria, cui ad quinque millia incolarum sunt, Lepinis Volscorum insidet montibus; nihilominus ita sapienter aedificatum, ut in salubri recessu sit, non in cacumine; ac dum egregia fruatur temperataque regione, purissimo saluberrimoque aere et auris afflata iucundissimus, omni maleficio et iniuria caret vehementium ventorum, qui vesano et horribili impetu eminentia nimis montium culmina flagellant. Medium igitur in recessu patenti, Carpinetum geminis imponitur collibus, quorum iuga suprema hie obtinet horologii turris, unicum e veteris arcis ruderibus monumentum superstes,

Clemente VII Pontifice, circa dimidium XVII saeculi, e Senis Carpinetum demigravit Antonius Pecci, vir antiquo genere patricius, quippe olim in Viterbiensi castello, quod Procenum vocant, XIII et XIV saeculo Peccia gens dynastum iure regnabat. At quae Senis gens Peccia litteris, armis, muniberis publicis optime semper funeta, nec minus grata hominibus praeclare gestis, quam Deo fide, pietate, religione, sacerdotio, martyrio, olim floruerat, Carpineti parem vivendi modum coluit longa virorum surorum serie, donec duo ab illa orta sunt orbi terrarum lumina, Vincentius Ioachim, nunc Leo XIII, et Joseph S.R.E. Pater Purpuratus. Utique infantiam Carpineti egerunt, utrique pueritiam; utrique, redeuntes autumni tempore in patriam, per campos montesque versari solebant, ut iuvenum est mos; et ostenditur adhuc et celeber locus incolis est ante ruralem ecclesiam, cuius ad limen super saxis gradibus adolescentulus Ioachim pausat aliquantulum quum, fessus grato itinere, a Capreo monte descendebat. Celebria incolis et sexenta sunt loca et Carpineti et circum, quibus Ioachim hic frequens aderat; praesertim illa rustica domus, quamvis nihil palatii invideat, in qua stetit interdum, avitis media campis, duobus circiter passuum millibus a patro oppido semota. Nepotibus proavi indicaverunt et avi quae loca Ioachim deliciosa occupabat; nepotes nunc praesentibus dicunt posteritati dicturis: « Sub tegmine illius arboris morari interdum, sedere, legere solebat totus in librī; lentus illio in umbra castanea stabat aliiquid meditans sapiente dignum; quinimo et quae cogitabat alto corde interdum cerula in libro notabat ».



Carpineti oppidi prospectus.

illuc Peccianae aedes, ardua moles, uniceae tot inter privatas domos patriciam praeferentes indolem, et patriciis habitatoribus dignae. Eecui miranti haec in mentem non subeant Ecetrae antiquissimae moenia? Equis Volscorum non aspiciat catervas « inter Ferentinum et Ecetram signis conlatas » adversus Romanas legiones atrociter dimicantes (1), et P. Servilium, et L. Sequanium per montes Ecetram pergentes? Et munitissimum in oppidum deduci postea non semel colonias, ut maternam urbem a Volscorum impetu tueantur, et siquid moliantur hostes opportune perspiciant?.. Inde nubes quaedam impenetrabilis omnia obvolvit caecae noctis caligine, et pro Ecetra, mille et ultra post annis, Carpinetum emicat eo loco assurgens, cui non e carpinea sylva iamdiu nomen erat, - nulla enim illuc neque circa huiusmodi arbor est; sed prisco incolarum eloquio duae simul voces: *Carpeneh*, seu *Carpineh*, regionem describabant potius quam nuncupabant. Lateranense capitulum feudalium, ut aiunt, iure ad annum MCCXXIX possidebat castellum, quod Petro Caetano, constituto anno floreni unius tributo, seu censu, dedit Bonifacius habendum. Martinus V, suas dividens res inter nepotes, Antonio e Columnensis Carpinetum tribuit. XVII saeculo in potestatem Camilli Conti pervenerat; inde per Aldobrandinos et Pamphylios Burgesis-Aldobrandinis cessit (2).

(1) TIT. LIV., VI, 61.

(2) Cfr. THOMAS TERRONIUS, *I Somni Pontifici e la Campania Romana*, par. I, pag. 40 et seqq.


At sexenta sunt loca, quae Carpinetanus civis, homo frugi, fortis, patiens laboris et vigiliae tibi notat ubi cum illo processeris adolescentuli mora, consuetudine memoranda sibi, memoranda civibus suis, qui nihil fere, praeterquam de Ioachim illo, civem quem habent, loqui sciunt, et loquuntur quotidie. Quos ceterum Pontifex egregiis cumulavit beneficiis, ornavit, ditavit.

Fontes hic aquarum deduxit in oppidum, quarum inopia cives laborabant; Sancto Leoni Pontifici templum munificè aedificavit aedibus proximum suis. Duo addidit insuper, quae sacra Sancto Ioanni, Sancto Iacobo esse voluit. Pueris erudiendis condidit scholas; loca ad conficiendas telas adiunxit; nosocomium constituit. Quid ergo mirum si publicis votis et regionem integrum oppidi a nomine Pecci nuncupatam Carpinetani velint, si triumphalem moliantur ad memoriam areum, si plura meditentur facienda, ut animum testentur gratum se gerere tanto Pontifici?

G. P.

### LEONIS XIII IN URBE DOMICILIA.


HUMANO generi mos fuit aeternus, ut virorum, quos nobilis virtus, sive cultu optimarum artium et studiorum, sive ad-



Natalis domus Leonis PP. XIII, Carpineti.

ministrata re publica, sive insigni beneficio aliquo fama decoravisset, quodammodo sacra domicilia haberentur, posteris religione quadam venerabilia tradarentur, imaginibus, inscriptionibus ornarentur. Hinc et magnus ille vir Macedo Alexander Philippi, coram quo terra siluit contremisceens, quum Thebas oppugnaret, militibus praecepit ne Pindari domum manu, ferro, igne, urbem expugnantes, vastarent; immo quasi parum esset si quovis maleficio, si quavis in illam abstinerentur iniuria, ut incolumem tuerentur, servarentque mandavit. Difficile dictu est, neque brevibus perscrutanda causa, qua in hoc gentes omnes consenserint; consensisse tamen quasi mirabilis insti-  
tucomperimus, ideoque consensus hie omnium gentium veluti lex naturae quaedam putanda est. Numquid ipsis in dominibus arenum quoddam inest, quod animos elevet, mentes quasi puriore in caelo statuat, et, suppeditatis, oblatis circum quotidie simulaclris, recordationibus, intuentes et quotidie provocet in illa facinora, quibus illie maiores olim claruerunt, aeres animo subiecti humano stimulos ut imitentur, ut aemulentur?

Sunt autem, qui ferant, - aedopol, non inseit! - bonos quosdam genios, « angelos » libenter et recte dixerim, quibus loca certa, regiones, aedes sint deliciose prae ceteris, et quas futurorum gnari frequentant; propterea quod bonae indolis adolescentes eorum quotidiano afflatus, monitisque tacitis erudit, optimi flunt magno studiorum et artium, magno privatarum rerum et publicarum proventu. Poetice fortassis haec; at non absonum a re, quoniam de Poeta aetatis nostrae scribimus, dum domicilia eius recensemus in hac alma Urbe, cuius profecto sapientia, prudentia, Musae, cultus latinae rei, et felix Romani nominis propagatio ad ultimos orbis terrarum fines omnium sermone percrebuit, cuius vitae cursus quasi cursus quidam gloriae et continens triumphus est. Hinc iure




Collegii Romani prospectus.  
(Ex tabula aere eusa circa an. MDCCXXV).



M  
(Pro  
loca, in quibus  
daret operam  
nas, quibus de  
et praesentium  
dere optimum  
hominum, qui s  
recordatione e

Et quum de  
qualibus obtin  
loca memoran  
centius-Ioachim  
indolem egregi  
Leo XII, post  
sedem adscitus  
« Collegium R  
pueris adolesce  
ac regendae su  
dringenti supr  
exordio scholar  
Ioachim ille, e

Hi de Viter  
num hoc paren  
est, vix minim  
Bonecompagnia  
damentis iussit  
us; et ideo C  
pellatum est, in  
graecae, hebra  
oratoriae artis  
logiae fastigia  
Pontifex, ac ad  
qui Romae esse  
nae illic edocere



P  
Nobilium



Mutianae aedes, Romae.  
(Prospectus ad orientem solem).

Ioca, in quibus hic versabatur cum adolesceret, cum daret operam studiis, cum robustas experiret penas, quibus denique caelum omne occupavit ac tenuit, et praesentium notitiae, et memoriae posteritatis tradere optimum ducimus, morem gerentes consuetudini hominum, qui summorum domicilia virorum in aeterna recordatione esse voluerunt.

Et quum de doctissimo viro agimus, qui coram aequalibus obtinet in plurimis principatum, ea primum Ioca memoranda sunt, in quibus Leo XIII, tunc Vincentius-Ioachim Pecci, disciplinis imbuendis optimis indolem egregiam exercuit. Anno MDCCCXXIV Leo XII, post Pium VII in summorum pontificum sedem adscitus, celebre illud Urbis athenaeum, cui « Collegium Romanum » nomen, iterum instituendis pueris adolescentibusque patere iubens, rei deducendae ac regendae summam Societati Iesu reddebat. Quadrincenti supra mille discipuli adstiterunt ipso in exordio scholarum, quos inter duo fratres, Vincentius-Ioachim ille, et Iosephus Pecci, enumerati fuere.

Hi de Viterbiensi Societatis Iesu Collegio, in urbanum hoc parentum iussu demigrant, quod adhuc tale est, vix minimis immutatis, quale Gregorius XIII, e Boncompagnia patricia gente ortus, excitari a fundamentis iussit, architecto Bartholomeo Ammannati usus; et ideo Gregoriana studiorum universitas appellatum est, in quo a primis grammaticae latinae, graecae, hebraicae elementis ad altissima queaque oratoriae artis, philosophiae atque universae theologiae fastigia progressus erat. Voluit autem idem Pontifex, ac ad rem collegium redditibus ditavit, ut qui Romae essent adolescentes tum cives, tum advenae illuc edocerentur in scholis, praeterea ut Societas

ipsa illuc et aleret et institueret quam plurimos haberet tirones. Primus in fundamine moliendo lapis anno MDLXXXII positus solemnitate maxima fuit, ut aedificium inde cresceret ingens, prout Ignatio de Loyola fuerat in votis. At a Clemente XIV Pontifice quum sublata Societas Iesu anno MDCCCLXXXIII fuisset, Gregoriana illa universitas sacerdotibus regenda, adscitis e romano clero doctissimis, traditur, qui cum auditores olim in universitate eadem fuissent, nihil immutandum circa scholas duxerunt, adeptaque iam ab inde famae servierunt; quinimo, prout Bosovich ille Magnus optaverat, ad scrutanda sidera, quam speculam astronomicam dicunt, turrim excitarent ex angulo tamen templi, qui communis cum aedificio Collegii est, et orientem spectat solem, cum Bosovich occidentalem maluisse; turrim, dico, quae celeberrimum nomen ex praecellare ibi factis, inventis, et ausis ab Angelo Secchi ubique terrarum nunc habet.

Dum autem Ioachim noster, clericorum nondum induitus vestibus, Gregorianas frequentat scholas, una cum Iosepho fratre in aedibus Mutiae gentis ad radices Capitolii, apud avunculum Antonium habitabat. Aedes hae patriciae gentis, enatae ab ultima, ut fertur et nomen sonat, origine Romana, viis uniuersitate clauduntur, duabusque portis, orientali scilicet ad Sancti Venantii plateam, occidentali autem in viam Capitoninam, aditum degentibus praebent. Architecto Antonio De-Rossi condita patricia haec domus est, solidis quidem et parietibus et fundamentis extorta; at nimius, ut sciti rei dictitant, Antonius in ornandis exterioribus, praesertim fenestrarum, fuit, ut quasi onerarit potius quam ornarit. Intuentibus tamen placet summa rerum. Ac de aedibus hisce historia est relatu digna; nam et hic Angliae rex Iacobus ad ultimum usque vitae diem degit; anno enim MDCCCLXVII e viuis excessit; et hic filius eius Eduardus vixit, quem Scota in re virtus exhibita, regius animus, et infornitudo magno nomine decorarunt. Quum anno MDCCXXI Innocentius XIII solemniter equitatu, comitatu, pompa Lateranum possessurus iniret, nutrix regii infantuli hunc Pontifici praetererunt obtulit in genua prolabens. Arrisit Pontifex, substitit et benedixit. — Hie, Ioachim incolente, academiae Tiberinae conventibus habendis aulae erant, hic poetae sua recitabant, suavissimis musicae saepe intermixta concentibus. Patebant forae, Musae invitabant. Numquid Ioachim recusaret, cui Musae blandiebantur coniurantes ut raperent? Itaque intravit quandam, recitante epigrammata sua Spada claro quidem illius temporis academico. Ex illo die

*mens iuvenili ardebat amore*

ut poetarum sese immisceret choris, quorum pars magna inde esset futurus; ex illo die Ioachim Tiberinam academiam in deliciis habuit, coluitque, quemadmodum nuper etiam memor praesidi academiae huins, quam Pontifex certa in sede, in pontificis Damasi aedibus perpetuo collocavit, verbis humanissimis testatus est.

Theologicis ad lauream usque exultus, nondum tamen sacerdos, aedes nobilis Academiae Ecclesiasticae adivit, ut ibi utrumque ius addisceret, negotiisque fungendis tum sacris, tum civilibus, tum Romae, tum in pontificie ditionis provinciis, tum apud exteris nationes par esset. Aedes hae, quae nunc in plateam Sanctae Mariae supra Minervae templum, et in reliquias Agrippinarum Thermarum prospicunt, a Carimini architecto recens ex integro excitatae sunt. Olim Clemente XI Pontifice adiuvante, opitulante, Romani nobiles clerici, qui convenerant, ut sese studiis iurisprudentiae, et iuris gentium excoolerent Nuntios et Legatos postea mittendos ad reges, primum habitare in aedibus Gottifredi ad plateam Venetiarum, postea (an. MDCCVI) in aedibus hisce, quas nunc obtinunt et Severoliorum olim fuere.

Sacerdos paulo post, gravibus muneribus funeturus, Beneventum, Perusiam, Bruxellas missus est; inde iterum Perusiam episcopus et cardinalis, ibique



Aedes Falconerorum ad viam Iuliam,  
Romae.

ad finem an. MDCCCLXXVII mansit, quum a Pio IX Pontifice in Consistorio, habito illius anni die XXI mensis Septembri, praefectus decuriae curatorum Urbis et vesticigalium, quem vulgo dicimus « Cardinalem Camerlingum » renunciatus est.

Romae igitur fuit iterum, prout novum postulabat munus, et in aedibus Falconeris in via Iulia habitavit, apud templum Sanctae Mariae Orationis ad Mortem. Borrominius architectus aedes has excitavit, non indubia singularis indolis suea ibi signa ostendens in ornamentis plerumque; at porticus mirabiliter ita arte exstruxit, ut qui a scalis respiciat duplo maiores credat. Plurima digna visu et admiratione domus habet, sive regia notes cubicula, sive partium dispositionem, sive prospectus in Ianiculum et Tiberim amoenitate iucundissimos. Sed paulo post, Pontifex Summus electus, in Vaticana arce sedit ad hoc usque tempus, cubicula sibi eligens exigua, quorum fenestrae in figura, quam oculis lectorum subiiciuntur, notantur. Horum interiorum distributionem et supellecitem reddidimus iam in Commentario nostro (an. V, num. IV) prout edidimus etiam (ann. V, n. XVI) domum, quam in hortis Vaticani sibi ad rusticandum aptavit, ut canicularibus diebus aliquantis per a laboribus requiesceret.

H. DE VECCHI PIERALICE.



Pars aedium a Leone PP. XIII  
in Vaticano habitata.



Palatium Academiae  
Nobilium Ecclesiasticorum, Romae.



## LEONIS PP. XIII

### AD IOSEPHUM FRATREM

DE PRAECIPUIS VITAE SUAE FACTIS ANTE PONTIFICATUM

#### ELEGIA.

*Quam felix flore in primo, quam laeta Lepinis  
Orta iugis, patrio sub lare, vita fuit! (1)  
Altrix te puerum Vetulonia suscipit ulnis,  
Atque in Loyolaea excolit aede pium. (2)  
Mutia dein Romae tenuere palatia; Romae  
Florentem studiis docta palaestra tenet; (3)  
Tempore quo, meminisse iurat, Manera, Patrumque  
Ingenio et fama nobilis illa cohors  
Mentem alit, et puro latices de fonte recludens,  
Te Sophiae atque Dei scita verenda docet. (4)  
Praemia laudis habes: victrici praemia fronti  
Parta labore comas laurea condecorat.  
Addit mox animos et vires Sala secundas,  
Princeps romano murice conspicuus;  
Auspice quo cursum moliris, mente volutans  
Usque tua tanti dicta diserta senis. (5)  
Dulcis Parthenope, Beneventum dein tenet, aequa  
Ut lege Hirpinos imperioque regas.  
Te gremio laeta excipiens Turrena (6) salutat;  
Rectorem atque ducem vividus Umber habet. (7)  
Sed maiora manent: sacro nam chrismate inunctus,  
Pontificis nutu, Belgica regna petis,*

(1) Ortus Carpineti VI non. Mar. an. MDCCXX ex Ludovico Peccio et Anna Prosperia coniugibus, ad octavum aetatis annum in domo paterna moratur. Carpinetum est oppidum in Volscis prope Signiam in sinu montium, quos « Lepinos » vocant.

(2) An. MDCCCVIII cum Iosepho fratre Viterbum mittitur, et Sodalibus e Societate Iesu instituendus traditur.

(3) Defuneta matre an. MDCCXXIV, apud aunculum Romae diversatur in palatio Marchionum Muti, ac deinde in Academia Nobilium Ecclesiasticonrum.

(4) P. Franciscus Manera S. I., vir ingenio et doctrina praestantissimus, aliqui Patres clarissimi, quos

in lyceo Gregoriano philosophiae et theologiae magistros habuit, Andreas Carafa, I. B. Pianciani, Antonius Ferrarini, Ioannes Perrone, Joseph Rizzi, Ioannes Curi, Antonius Kohlmann, aliique.

(5) Iosephus Antonius Sala Cardinalis peculiari benevolentia adolescentem complectitur, et sapientibus monitis consiliisque plurimum iuvat.

(6) Perusia a turribus, quibus muniebatur dicta est « Turrena ».

(7) Laurea doctoris insignitus, post susceptum sacerdotium, a Gregorio XVI P. M. inter antistites urbanos domus pontificalis adsciscitur an. MDCCXXXVII, ac postea provinciarum Beneventanae et Perusinae gubernator constituitur.

*Atque tenes, asserturus sanctissima Petri  
Romanae et fidei credita iura tibi. (8)  
Redditus at patriae, brumali e littore iussus  
Ausoniae laetas et remeare plagas;  
Umbros en iterum fines, urbemque revisis,  
Quam tibi divino flamine iungit amor.  
Iure sacro imperitas ter denos amplius annos,  
Et pleno saturas ubere Pastor oves. (9)  
Romano incedis Princeps spectandus in ostro (10)  
Belgarumque equitum torquis honore nites. (11)  
Te pia turba, Deo pubes devota, Sacerdos  
Officiis certant demeruisse suis.  
Verum quid fluxos memoras, quid prodis honores?  
Una hominem virtus ditat et una beat.  
Scilicet hanc unam, aero iam labente, sequaris,  
Ad Superos tutum quae tibi pandat iter:  
Aeterna donec compostus pace quiescas,  
Sidereae ingressus regna beata domus.  
Ah! miserans adsit Deus, eventusque secundet:  
Aspiret votis Virgo benigna tuis.*


An. MDCCCLXXVI.

(8) In sacro consistorio habito VI kal. Februarias an. MDCCXLIII, Archiepiscopus Damiatensis eligitur et Apostolicae Sedis Nuntius ad Belgias mittitur.

(9) An. MDCCXLVI a Gregorio XVI P. M. in sacro consistorio die XIV kal. Febr. habito, ad secundem Perusinam provehitur.

(10) An. MDCCCLIII, in sacro concistorio habito die XIV Febr., a Pio IX P. M. S. R. E. Presbyter Cardinalis renuntiatur, titulo S. Chrysogoni.

(11) Belgica legatione perfunctus, a Leopoldo I, Belgarum rege, inter equites torquatos Ordinis Leopoldiani adlectus est.



QUIR

PATRI reg  
titudo  
lum late gr  
genera et  
magisquam  
tudine, soci  
vox ne sile  
exordiis, iu  
bendi peritia  
et alacres; i  
monis imper  
immanem gl  
reditas man

Iamque du  
cedente, erig  
maturat ecce  
mone, Quiriti  
Patrem consa  
nostrae regn  
in orbem univ  
triis ex iugis r  
diuumque rude  
duetus, spont  
fluit aquilaru  
tium, legionum  
quot hinc num  
ditumque ad  
quirendas prof  
fidei novae lu  
ardeat, sublati  
tentiae nemo r  
Aquilis enim s  
regnum adseri  
ad signum, tu  
aetatis mediae  
ratae humanita  
bae supplices  
rarum oris e  
Christi sanguini  
exuvias nostri  
thronum, quod  
tifex, iamdiu  
per longum e  
et prudentia ge  
simia, et philo  
et eloquentiae c  
solio comparas  
gloriae addidis  
beneficiis roman  
tri heredes ind  
nerata est, erec  
divinitus regnum  
nomen romanu  
Qua gratia ere  
filii quoque Pe  
riamur!

Profecto ner  
sive diu extra  
longe usque V  
adverso sole m  
non se ibi sens  
maxime immor  
ditas habere r  
avitae fidei ob  
didum regem c  
recens, qui ma  
eccezit de Allig  
tutelare numen

## QUIRITIUM AD PATREM VOTA.

**P**ATRI regique pacifice dum christiana multitudine ob emensum tantum regni curriculum late gratulatur, primas habere decet natos genere et nomine romano. Hoc iure itaque, magisquam quinquennalis iam laboris consuetudine, socios inter italicos vel peregrinos mea vox ne sileat. Facinori enim nostro usque ab exordiis, iuniores quamvis atque tenui serbendi peritia, laetas tamen manus contulimus et alacres; res erat quippe de instaurando sermonis imperio, qui unus nobis, post immanem gloriam maiorum, viva hereditas manet.

Iamque dum, ausu in dies prospere cedente, erigimur spe maxima exitus, maturat ecce lux, qua sacro hoc sermone, Quiritium gloriae memore, licet Patrem consulare, qui novum urbis nostrae regnum quinque iam a lustris in orbem universum tenet. Romano patris ex iugis natale solum spectanti aediumque rudera, amphitheatra, aqueductus, sponte quasi in mentem affluit aquilarum memoria auro fulgentium, legionumque ferro minacium quotquot hinc numero pede equitum peditumque ad terrae ultimas oras conquirendas profectae sunt. At, dummodo fidei novae lucerna eius ante gressus ardeat, sublati imperii fractaeque potentiae nemo nostrum flebit interitum. Aquilis enim suffecta crux innovatum regnum adserit advenis, sacrumque ad signum, tum per ferrea maxime aetatis mediae saecula, tum per instauratae humanitatis aevum subditae turbae supplices ab ultimis usque terrarum oris concurrunt. Condita in Christi sanguine Ecclesia ad Petri exuvias nostris in moenibus habet thronum, quod Tu, nonagenarius Pontifex, iamdiu, Leo, habes. Quot fastos per longum elapsi saeculi occasum et prudentia gerendae rei publicae altissima, et philosophiae omnis doctrina, et eloquentiae carminumve laude Petri solo comparasti, Romulidum quoque gloriae addidisti! His meritis hisque beneficiis romana proles, Pontifices Petri heredes indesinenter habuit et venerata est, credens merito ad eos esse divinitus regnum translatum, quod sacrum adhuc nomen romanum totius orbis incolis faceret. Qua gratia erecti, filii Urbis huius aeternae, filii quoque Petri omnium primi vocari gloriamur!

Profecto nemo nostrum est qui, sive brevi, sive diu extra patriam moratus, cum redux a longe usque Vaticanae aedis tholum viderit adverso sole micare, extemplo gaudio gestiens non se ibi senserit tum vitae huius fluxae, tum maxime immortalis animi veluti intimius conditas habere radices; nemo est quin simul, etsi avitae fidei oblitus, corde tamen tacito candidum regem degentem ibi salutet. Ut enim recens, qui maximus inter Italiae vates vivit, cecinit de Allighero poeta, eius formam quasi tutelare numen Italiae per Alpium candida

iuga spatiari, ita Romae nati Quiritium sanguine omnes heredem sentimus, et historiae nostrae custodem, et gloriae vindicem, et quasi tutelare Urbis numen in Vaticana aree regnare.

I. ANTONELLI.

## LEO XIII ET BIBLICAE DISCIPLINAE.

**S**ACRARUM scientiam Scripturarum eruditis omnibus incundissimam, Christianis opportunam et utilem, sacerdotibus autem necessariam

## LEONIS XIII P. M.

## DE RATIONE VITAE IN PONTIFICATU DEGENDÆ

## INSCRIPTIONES.

## I.

IN · MORTALI · VITA · QVAE · SVPEREST  
DECRETVM · EST  
OBLATA · QVOTIDIE · PIACVLARI · HOSTIA  
ARCTIVS · DEO · ADHAERERE  
CVRANDAEQVE · HOMINVM · SALVTI · SEMPIERNÆ  
STVDIOSIVS · IN · DIES  
VIGILANTI · ANIMO  
ADLABORARE.

## II.

AGE · IAM  
ENITERE · ENITERE · O · LEO  
ARDVA · QVAEQVE · FIDENTER · MOLIRI  
DVRA · FORTITER · PATI  
NE · REFORMATIDES  
DEVEXA · IAM · AETATE · EMEANOQVE · PROPEMODVM  
VITAE · CVRSV  
REBVS · CADVCIS · ABDICATIS · CONTEMPTIS  
ALTIORA · APPETENS · ANIMO  
AD · CAELESTEM · PATRIAM  
CONSTANTER · ADSPIRA.

praedicandi et docendi, tanta necessitas est cognoscendi et ea quae praedicanda sunt, et ea quae docenda. At alio modo cognoscitur ad notitiam, alio modo ad tuendum. Satis est circa primum scire quae obvia; necesse est circa alterum omnia quae circum, quae sursum, quae deorsum sunt cognoscere, ne callidus hostis per devia, per mendacia, per inopina improvisus adsit ad excindendum.

Cavit hoc mens Pontificis provida, et eruditorum, quot habet catholicus orbis, vires uno agmine et acie una constitui iussit, instar sacrae

phalangis, ut adversis inexpugnabilis sit quasi castrorum acies ordinata. Eo enim sumus in tempore, quo magna rebus, non minus ac disciplinis, ingruit immutatio, sive id Numinis instinctu sit, sive hominum inquietus animus et mutabilis voluntas postulent. Quapropter et rudera tentantur, et obruta ruinis effodiuntur, et abdita solo in ipso orbis exordio inquiruntur, ut inde aetates humani generis, inde rerum creatio, dispositio, compositio eruantur. Quibus ne in veritatem biblicam ii abutantur, qui in christianas res omnes odio flagrant, sapientissimus et futuri prudens Pontifex ita a primo sacri sui principatus limine studia disposuit, ut sacerdotalis ordo non minus moribus ornaretur, quam doctrina armaretur. Non enim veram scientiam veritas horret, sed sociam habet aeterno foedere iunctam, atque fraterno. Hinc astronomicis persecutionibus Vaticanam turrim, speculam, addixit, ut ii refellerentur, qui forte ire sidera, nec certis cohiberi legibus conclamarunt; caeli enim enarrant gloriam Dei, quum sine legislatore, et quidem potentissimo ac sapientissimo, potentissimae et sapientissimae leges, per immania illa astra distributae, esse, et vigere non possint. Post haec philosophicas ac theologicas disciplinas per diversa placita palantes coercuit, et scholasticæ dialecticæ fraenis uti iussit, ne, dum exleges vagarentur a logica severitate, incidenter in foveas doloso frutice occultas. At parum esset ratiocinari ad amussim, si facta, ex quibus plerumque ius oritur, veritate solida non fruerentur. Hinc historiae studia

promovit, Vaticanam bibliothecam, secreta archivia reserans, eminentissimis Cardinalibus adlectis, qui historicam tuerentur incoluntatem, et ii saltē erubescerent, quibus historia est non testis temporum, non veritatis nuncia, sed perpetua in veritatem coniuratio. Suprema restabant haec, quae ad Sacrae pertinent Scripturæ libros. Et en, quasi strata prius lapidibus via, qua tutius progredierentur ingenia, ad supra haec manus admovit Apostolicis litteris, quibus initium est: *Vigilantiae*, die trigesima mensis Octobris nuper elapsi datis, cuius epistolæ integrum retulimus in nostro commentario sermonem. Purpuratis Patribus evocatis, qui certis diebus coetum haberent, additis iis viris doctissimis, quibus consilia agitarentur, concilia celebrarentur, lata de faciundis lex est, qua et sedulo animadver-

esse quisque intelligit. At sacerdotibus praesertim necessaria est, quippe quia non insece de Scriptura Sacra dicetur, quod de Davidica turri scriptum nos legimus: « Mille clypei pendent ex ea, omnis armatura fortium ». « Tu vero, — monet ita Timotheum suum Apostolus(1), — permane in iis, quae didicisti, et credita sunt tibi, sciens a quo didiceris... Omnis Scriptura divinitus inspirata utilis est ad docendum, ad arguendum, ad corripiendum, ad erudiendum in iustitia, ut perfectus sit homo Dei, ad omne opus bonum instructus ». Quum itaque sacerdotibus imperatum sit in Apostolis: « Ite, docete omnes gentes », et iterum: « praedicate Evangelium omni creature », quanta necessitas est

(1) II ad. Timoth., cap. III, v. 14 et seqq.

tantur singula, quae in effissionibus, in adventionibus, in exegesi Librorum Sacrorum, et probata ad unguem omnia, quae vera sunt, vulgarentur; caveant autem Patres ne quid orthoqua veritas e prolatis andacter mendacis detrimenti capiat; tum, si circa Saeras Scripturas inter catholicos oriatur dissensio, vel quaestio, ita auctoritate ac doctrina intercedant, ut sit « in necessariis unitas, in dubiis libertas, in omnibus caritas », nec aliter veritas catholica et pax nisi pacifico studio requiratur. Concilium hoc scriptis (vel in dies certos, vel pro re nata vulgandis) quae sunt ad Saeras Scripturas provet, et interrogantibus respondebit; de iis vero quae statim convertibus habendis agitaverit ac decreverit, Pontificem quantocius faciet certiorem. Ad hoc in Vaticana bibliotheca constituta sunt aulae; aulae constituta pariter ibi sunt, in quibus codices omnes sacri vetustissimi, quorum in Vaticana ingens est numerus tum ex occidentalibus tum ex orientalibus, videndi, legendi, serutandi prostant; et congregata iam inde sunt, et colliguntur adhuc commentaria, interpretationes, quidquid denique Saeros Libros attingat. Hisee legibus quodammodo septa ac munita biblica quanta est disciplina uberes dabit fructus et catholicis gentibus, et eruditis viris, quieumque ii futuri sint, vera indigitantibus, et certa sperantibus. Nos iueundissima inde fore putamus ubi moles illa adinventarum rerum, quae frequentes ab orientalibus effissionibus educuantur, ad biblicam traditionem revocetur, ubi aliquid illa Nippurensis bibliotheca fictilis, reperta nuper, ex thesauris proferat suis, quod biblicam contingat historiam, ubi ex Aegypto, ex Arabia aliquid adsit, quod exspectamus venturum!

Maximae Leoni XIII ex hoc agendae sunt grates, maximis efferenda sunt laudibus et sapientia et providentia Pontificis, quibus Romano Nomini maximus hoc facto cumulus accessit.

SENIOR.

LEONIS PP. XIII  
DE PROPAGANDA CHRISTI FIDE SOLICITUDEO (1).

QUEAE praecipua Apostolici munera censemur esse pars, immo prima, post illud Iesu iubentis suos: « Ite docete omnes gentes baptizantes eas in nomine Patris et Filii et Spiritus Sancti », in ea quoque Leonis XIII Pontificis sollicitudo plane singularis appetit.

Vox autem Pontificis, quae omnibus Christianae reipublicae necessitatibus dignum indigitavit attulitque remedium, ausibusque optimis incitamentum, hae maxime in re cavit, ut Christianae reipublicae producerentur fines, utque novi semper asseciae in Christi gregem advo-

(1) Constat Romae positum a Summis Pontificibus fuisse ephebeum, quod « De propaganda fide » dicitur, cum in eo iuvenes ex omni terrarum orbe collecti erudiantur, qui deinde omnibus gentibus Christi Evangelium annunciant. Nos, qui per orbem universum socios habentes eorum plures in Urbe apud illud Fidei seminarium institutos numeramus, optimus duximus ex authenticis documentis historiam de celeberrimo hoc instituto colligere atque in nostro commentario, figuris nondum vulgatis illustrantibus, edere; idque hoc ipso anno MDCCCCIII aliquot numeris praestabimus. Tunc pulcherrimum illud Leonis XIII simulacrum admirari licebit, quod Ipse, imperatorum quidem donum, Collegio in sui memoriam largitus est.

parentur, et tuto tramite una secum pergerent ad salutem.

Quae procuravit praesertim datis a. MDCCXC eneyelicis illis litteris « Saneta Dei Civitas » quibus, post memoratum hoc apostolici ministerii officium supremum, rationes docuit, quibus, quae iamdiu a saeculis ad nomen christianum propagandum facinora spectant constituta sunt opera, iuxta hodiernas necessitates adhiberentur ita, ut fructum perquam uberrimum electionis proferrent. Littora ostendit nuncupavitque, quae aut recens gentibus nostris patuere, aut iamdiu Evangelii verbum audire desiderant; tribus enumeravit quotquot adhuc veritatis eibum esurient; sodalicia laudavit, quae in inceptum hoc supremum, vel alumnorum suorum ipsa opera, vel conlato aere ab universis fidelibus contendunt. Iamque vix dicere est quantum, Leone regnante, incrementum Catholicae Fidei comparatum fuerit, quantum fines Christiani regni per barbaras terras, perque ignota maria dilatati, ita plane ut additas in dies exaudiamus voces sanctorum, psalmo cordium omnium immani, trisagium Deo a dissitis circum orbis omnis plagiis iterantes: « Sanctus, Sanctus, Sanctus! »

Sinenses id praeseruent primi, quorum in imperio, etsi recentes seditiones diurni laboris aliquantulum fructum pessum dederint, vidimus tamen quanto in honore apud ipsos aulae imperialis magistratus, Favier, Pechinensis sedis Episcopus, eiusque cleris habeantur. Quae veneratio si e ditoribus ordinibus aliquando in plebem diffundatur, tunc ferme tanto germine martyrum digna messis fidelium maturabit.

Firmata sacerdotum opera apud Iaponios, quos, ut ipse Pontifex recens missis epistolis fassus est, mire videmus libertate summa solutoque arbitrio sacerdotes Dei veri donasse, ita ut nullis implicatum nodis ministerium verbi apud eos florebeat.

In Indorum terris, quas Angli possident, giganteo pede catholicorum res protrahuntur, idque praesertim in Bengalensi regione, ubi Belgarum sodalium statio manet, quae eos fructus colligit, ut Xaverii sancti facta prope aemuletur.

In nordicis Americae civitatibus foederatis, quae semina Catholicae veritatis, sive Hyberniensium colonorum sive Gallorum opera sata, faventibus quidem maxime magistratibus, summaque iurum libertate uberiori in dies donata, vigent: athenaea surgunt catholicis disciplinis doctissimisque viris insignia. Eadem prope in ultimis Australianis terris, quas finitimi Americanae foederationi Canadiani cives suas per terras aemulantur, hi Gallo semine oborti, illi Anglo.

At in Europa quoque laetabundi videmus fratres a nostra communione seiuemetos redire paullatim ad male relieta altaria Dei. Scandnavi, populi tres Dani, Norvegi, Suetii, id in dies ostendunt; et suo exemplo praesertim ceteros trahunt Anglos et Scotos subditos. Nonne recens novimus ab Eduardo ipso rege nuper thronum consenso, Elisabeth illius reginae in Ecclesiam infensissimae avitum a saeculis odium repudiatum palam, atque e regalis iuris iurandi formula ea verba abrasa quae perpetuum in Romanam Sedem bellum indice-

bant? Laetissimis hisce eventibus cumulatur modo Pontificis Summi paterna cura, qui initam a Pio IX sa. me. decessore suo, pro Anglia convertenda, viam, tam prudenti consilio et diligenti ecalevit, ut numquam inter regiam angliae aulam atque vaticanam areem commercia auspiciata melius evaserint.

Maxima vero laetitia de ampliato Crucis imperio ex Africis litoribus eruenda. Nam dum nostrarum gentium arma commerciaque intimius in dies ignotas eius latebras pervadunt, missi a Pontifice Evangelii nuncii sacerdotes latius portundunt fines Ecclesiae. Ita religionis divinae virtute barbari mores sensim mitigati, eruentaque proelia inter finitimas tribus quotidiano furore innovata, refraenantur. Supremusque iamdiu ausus suspectus de vestigio horrendo omnis corruptionis, tandem coactis nostrarum gentium viribus, abradendo: servitudinem dicimus, quam haec tenus tuto pede Arabes mercatores longe lateque nigritis incolis imponebant, ut venali virorum mulierumque commercio ditescerent.

In pessimum malum instructum bellum auspice Leone, atque auctore praesertim episcopo illo Carthaginensi, Purpurato Patre Lavigario, qui maximo cum bonorum fletu heu! decessit. Attamen inclytum opus persequitae sunt nostrae gentes certatim, cuius quo maior exsurgit exitus, eo perennior sane Pontificis laus per Afrorum terras insonabit.

A. COSTAGGINI.

LEONIS XIII P. M.

CORPORIS NATURA ET VALETUDO.

VERE primo an. MDCCXCIX Christianorum animi, ut omnium in memoria est, maximo oppressi sunt angore, quod Leonis PP. XIII valetudo in grave quidem disserimen addueta fuerit. Quos ut reficeret, Vox URBIS haec nostra a clarissimo viro Iosepho Lapponi, Pontificis archiatro, de Ipsius corporis natura iudicium sollicitavit, quod vere in num. XII illius anni vulgatum, propositi summam plane est consentum.

Lubet sapientis medici verba iterum hodie sociis legenda praebere, tum quia illa quae praedicebant ad felicem properant eventum, tum ut circa scriptum illud, apud plurimos omnium gentium commentarios relatum, proprietatis iura nobis vindicemus:

« Praevalidae vires et conformatio corporis optima, quibus divina Providentia pollere voluit Ecclesiae deus ac praesidium, Leonem XIII, a fausto eius ortu ad hoc tempus bis in disserimen addueta sunt. Primum enim Augusti Pontificis valetudo tentata fuit gravi viscerum morbo, quum ipse coepit civilia munia tractanda capessere in Beneventana urbe; nuperrime autem haud leviori periculo erepta est, quum propter senio affectam aetatem, tum propter morbi naturam, quae cruentum eurationis genus postulabat.

Multis quidem abhinc annis cooperat Summus Pontifex laborare cysti, haud ita tamen, ut eam satis dissimulare non licet. Sensim deinceps tumor ille ad partem lumborum laevam adeo succrevit, ut aurei citri magnitudinem exaequaret.

Nonnis tulerat; q fungens p temporis nata, expr seros il Februarie confratio mia humor denique o poris inert impositam, et cutaneo perieulo ne

Rei grav dia configu nio, chirurg silum de

Kalendis et eiusdem ticipie atque feliciter. At non minus c et constant supra octog anaesthesiae viriliter pas ditus, intrep atque diutin teris incision gratum se n summa hum febris omnis caribus; ob nique brevi ut nunc cysties indicet

Recuperat ifex ad pris Nova autem sperare fas e num aetatis s haec vota bo exspectatio. »

LEONIS XIII C

VITAE atque storiā quā facere non pot eumdemque ess tant conditio vini rerum Rec liumque eius pr que evenire, u fruatur, quoad quam dignitate semper valere, Demosthenes de ἀδικούτα καὶ ἐπικράτεσσα... τῶν ἀληζές καὶ διαί

Fatalis i Et mu In pulverem Mercede Castaeg Cum

(1) Olym. B.  
(2) Paris.  
(3) Helena.  
(4) Sc. Innoni.  
(5) Hor., Car.

Non nisi molis fastidia hue usque tumor atulerat; quibus minuendis ego, archiatri munere fungens penes ipsum Pontificem, plures longo temporis intericto spatio, ferrea fistula acuminata, exprimendum e *cysti* humorum curavi, sive serosum illud, sive cruentum. Ecce autem mense Februario huius anni MDCCXCIX exequente, vel confiricatione aliqua exasperatus tumor, vel nimia humoris aut sanguinis exundantia, vel alia denique ocellta de causa, sed praesertim ob corporis inertiam a gravioribus ministeriis curis impositam, successus atque inflammatus, febrim et cutaneae necrosis instantiam intulit, non sine periculo ne totus inficeretur sanguis.

Rei gravitate comperta et ad extrema remedia confugiendum ratus, cum Caietano Mazzonio, chirurgiae peritissimo, communicavi consilium de morbi causa illico exstirpanda.

Kalendis Martii curatio manu peracta est; et eiusdem chirurgi miro magisterio, me particeps atque adiuvante, excisa *cystis* ac sublata feliciter. Atque hic plane eniuit Leonis XIII non minus corporis robur, quam animi fortitudo et constantia. Licit enim annos natus novem supra octoginta, eiusque aetatis causa nullo anaesthesiae praesidio consopitus, se incidi est viriliter passus; et quamvis subtilli sensu praeditus, intrepide tamen atque impavide acres atque diutinos pertulit dolores a profundis lateris incisionibus excitatos. Re autem confecta, gratum se medicis esse et fore professus est summa humanitate. Interim unius diei spatio febris omnis evanuit; tum cutis adhaesit subito carnibus; obducta cicatrix vulneri; omnia denique brevi in integrum restituta tam prospere, ut nunc *cystis* sublatae vix aliqua cutis durities indicet locum.

Recuperatis viribus iamdiu sanctissimus Pontifex ad pristinam vitae consuetudinem rediit. Nova autem decennali vitae serie inchoata, sperare fas est, ipsum, valida senectute, ad annum aetatis suae centesimum perventurum. Sunt haec vota bonorum omnium; est haec in terris exspectatio. »

DR. JOSEPHUS LAPONI.

### EX POLONIA

Leonis XIII de Slavorum genere vaticinium.

**V**ITAE atque actorum generis humani speculum historiam quicunque attente et diligenter intuetur, facere non potest, quin videat omnibus gentibus unum eundemque esse finem, ut semper sublimorem appetant conditionem; summam contingere ei, quae Divini rerum Rectoris arbitrio ad voluntatem consiliumque eius promovendum aptissima videatur, indeque evenire, ut hac sua quaque sorte utatur et fruatur, quoad ab alia non tam opibus aut facultate, quam dignitate quadam maiore, vincatur; itaque semper valere, quae iam, ne alios veteres attingam, Demosthenes de historia edixit: « οὐν ἔστιν-οὐν ἔστιν... ἀδικούντα καὶ ἐπερρουντα καὶ φυλέμενον δύναμιν βίβωνται... τῶν πράξεων τὰς ἀρχὰς καὶ τὰς ὑπερέσεις καὶ δικαιάς εἶναι προσῆκει (1); quae et Horatius cecinit:

..... *Ilion, Ilion*

*Fatalis incestusque iudex* (2)

*Et mulier peregrina* (3) *vertit*

*In pulvrem, ex quo destituit deos*

*Mercede pacta Laomedon, mihi* (4)

*Castaque damnatum Minervae*

*Cum populo et duce fraudolento* (5);

(1) *Olym. B.*, 10.

(2) *Paris.*

(3) *Helena.*

(4) Sc. Iunoni, quam Horatius loquenter facit.

(5) *Hor. Car.*, III, 8, 18-25.

quae etiam magis necesse est christiana considerandi ratione probentur.

Quamobrem cum eam, missio gentium quae dicuntur, varia vice in historia mutari videamus, his etiam temporibus quomodo res se habeat, quaeri potest. Sed quis est, qui certi aliquid dicere queat aut audiat? Neque mihi falli videtur, si quis, audit a multo ante humiliata Gallia, rebus orbis terrarum in magno discrimine versantibus, missionem hanc usquam adhuc emergere neget.

Nulla igitur gens, ad quam transeat, digna? Sane tempora quis non consentiat ita esse nebulosa, ut prae nubibus nihil certi videri, nihil discerni possit?

Αλλα μηδὲ ταῦτα τεῖχον ἐν γρύνεσι πεπταῖ (1).

Attamen, quae non sunt, quomodo sint futura, e specie aliqua a quibusdam non numquam recte coniiciuntur, ne dicam, divinitus praevidentur, praedicuntur, cum in hac quoque re, si, quae identidem fiunt, animadvertiscantur et conferantur, mirum in modum mentis in unam eandemque viam fleetantur.

Ne multa, iuvenibus nobis philosophiae christiane doctor germanus Volkmar, cum annis iam quadragesima duobus ante philosophiae praecepta tradaret, cum alia tum et hoc pronunciavit, gentium missionem mox deinceps ad Slavorum gentem abituram.

Quae dicta iam paene oblitus eram, nisi eorum nos vox multo sublimior longeque gravior admonisset admoneretque. Quae vox unde fluat, non dubito, quin, qui gravissima rerum humanarum momenta intueatur, facilime intelligat. Pontifex Maximus enim ipse est, Leo XIII, ordinis rerum divinarum atque humanarum custos integerrimus idemque vates divinitus inflatus, qui fore, ut gentium missione Slavorum genus exornetur, et dictis et factis haud raro vaticinatur. Quid enim? Ut paucis rem absolvam, num alio spectare videntur litterae ab Eo pridie kal. Octobres an. MDCCCLXXX datae, quibus Slavorum apostolorum Cyrilli et Methodii religionem et cultum amplificandum et per orbem terrarum dilatandum curavit? Num alter illa sunt exponenda, quae inter alia de Slavorum gente litteris sunt mandata? Numquid clarius id portendere potest, quam illa, quae anno post, ingentem Slavorum gregem fervidissima gratia ad Eum deductum benignissime allocutus nūtu divino impulsus, magna voce edixit?

Sed ipsa. Eius loquuntur verba: « Opportunus, - inquit, - Nobis oblatus videtur locus iuvandi Slavoniae populos, de quorum incolumitate et salute solliciti magnopere sumus...; volumus... in universum rogari atque orari Cyrillum et Methodium, ut, qua valent apud Deum gratia, Oriente toto rem christianam tueantur, imploranda catholicae hominibus constantia, dissidentibus reconcilianda cum vera Ecclesia concordiae voluntate » (2).

Quaenam autem causa propositi? qui fons vaticinii? Citemus porro, quae iam non scripta, ut superiora, sed viva ex consecrato emanaverunt ore: « Cum... Ecclesiam videremus ad proximas gentes graviter... laborantem, respicere ad Orientem libuit, siquam illuc praeteritae res consolationem Nobis recordando afferrent, si quam in reliquum tempus laetam spem portenderent. Nunc autem Dei beneficio contigit, ut eius solatii, quod quaerere apud vos tunc instituembamus, partem aliquam hodiernus dies nec sane minimam afferret (3) ».

Quod solatium qua re nitatur, paulo post quae secuta sunt, edoceant, quibus iam summa vaticinii continetur: « Restituta fidei concordia ac salvis singularum civitatum iuribus, tum denique confidere licebit operae virtutique vestrae ad regnum Dei in terris propagandum; quandoquidem divino quodam consilio Slavorum genus ad singularia munera exspectandum videtur (4) ».

En quod Pontificis Maximi vaticinio Slavorum manet gentem!

Scrib. Varsaviae Polonorum.

JOSEPHUS WABNER.

(1) *Odyss.*, I, 267.

(2) Litterae « Grande munus », die trigesima mens. Sept. an. MDCCCLXXX datae.

(3) Allocutio die quinta mens. Iulii an. MDCCCLXXXI ad Slavos habita.

(4) Ibidem.

### EX AMERICIS

Leonis PP. XIII in Americas beneficia.

Q<sup>U</sup>ISNAM inter homines tot tantisque effertur laudibus, quantis ubique terrarum ad astra usque tollitur Leo XIII? Natio sane exstat nulla, quae, etsi sacra diversissima excolat, illum Christianorum patrem benevolentia non prosequatur. Sunt enim in Leone sapientia et prudentia adeo consociatae, ut invicta quasi phalanx, ex pertinacissima quaque contentione superiores excedant. Etiam in Americis nostris gratia Summi Pontificis et auctoritas haud parvi aestimatur.

Americani, exactis regibus, reipublicae amantissimi, in novissima proclives, laboris aerumnaeque patientes, ad agendum prompti semper et parati; cives nulla divisi classe, omnes omnino aequi. Sunt ab Europaem moribus alieni et ab eorum contentionibus abhorrent. Magna cum religione ab ipsis coluntur sacra, quae neque servata a gubernatoribus, neque vexata, mirum in modum vigent. Fana ubique et tempa civium impendio exstructa, plura in oppidulis saepius conspicua. Quum plures acatholici, profugi plurimque et desertores, ex Anglia, Scotia Bataviaque in Americanam vix inventam demigrassent, factum est, ut acatholici catholicos et numero et divitiis antecellerent. Saera deinde catholica, catholicis immigrantibus, paulo post inventa, quum cultores pauperes essent atque egeni, succrescere proinde et invalescere haud facile potuere. Creverunt tamen etannis praetereuntibus adeo profecerunt, ut acatholici haec re perculti, medio undevicesimo saeculo inirent consilia, quae catholicos invadentes reprimenterent.

Qui conatus, quamvis ingentibus, ut videbatur, opibus esset enixus, adverso Marte non tantum cessit, sed etiam effecit, ut plus in dies valerent catholici. Nova igitur in hos consilia; quinimo societas ipsis imiticia furtim est conflata, quae, aptissimis adhibitis adminiculis, impediret, quominus amplius res progrederetur catholica. Quem tamen impetum catholici fortiter sustinebant, perguntque ad hunc usque diem, hostibus resistentibus, strenue sustinere. Crescit interea asselarum numerus; assurgunt ubique reipublicae catholica tempa eaque magnifica; exstant in remotissimis huiuscemus terrae regionibus monumenta catholica. Profecto! quum olim per res publicas Ohio et Indianam atque Illinois peragrarem et multa mihi fana in conspectum venirent, id magno me gaudio affectit, quod magnificentissimum quodque templum Crucis signo ornatum religioni esset nostrarae dicatum. Quam ob causam Summus Pontifex, quum perspectum haberet, quid hic terrarum Dei Ecclesia posset tandem et valeret, magnopere studuit, ut navim catholicam saeviente tempestate undisque hiscenibus ad portum appellerent periti gubernatores. Quum itaque, episopis nitentibus, athenaeum catholicum Washingtoniae aedificandum propositum esset, incepit laudibus extulit adiuvitque opibus et privilegiis Leo.

Quo venit, ut ad athenaeum sine mora exstructum iam anno MDCCCLXXXIX aditum haberent discipuli. Quae utinam schola, Leone duee, in dies proficiat, ut eam, quam sibi proposuit, metam multis etiam repugnantibus, aliquando attingat!

Praeterea hisce in regionibus, quam alibi, operarios inter et pecuniosos acris pugnatur. Sunt enim tantae carbonis ferri fodinae, tanta pecorum frumentique commercia, tanta denique omnium rerum abundantia, ut societas ad omnes fructus capiendo multata fierent et permagnae. Hinc innumeris ferme operarii, illine pauci, uti patet, pecuniosi. Illi quidem mercedem, hi omnem capiunt utilitatem. Iniverunt itaque operarii sodalicium, quod, viribus inunctis, curaret, ne potentia pecuniosorum et audacia modum exceedent; neve quis operarioribus iniuria suo amovere tur munere, neve umquam iniquae solverentur mercedes, neve laborandi aliquando prorogaretur tempus. Quae si nihilominus fierent, discederent operarii a labore omnes, cessaret deinde opus, et quum plurimi mercenarii essent socii, vix quisquam, ceteris operariis invitatis, labore suo Marte subiret. Quid? Iam saepius pecuniosorum avaritiam devicit una eademque operariorum concordia. Huiuscmodi operarii totam

per rempublicam dispersi decem abhinc annis « laboris equites » vocabantur. Erant, qui variis rationibus commoti sibi persuaderent, hoc sodalicium humanae simul et religiosae societati esse detrimentum. Quae quamvis in hisce saltem terris inania essent somnia, tamen Romam delata iamiam efficiebant, ut sodalicium periculosum iniquumque declararetur, quum anno MDCCXCXI praeter omnium expectationem in medium prodibant Summi Pontificis litterae, quae, statuto operariorum iure ordineque operarios inter et pecuniosos descripto, laboris equites non improbaverunt. Gaudere itaque et gestire operarii, et Leonem, quasi solus esset et fortis mercenariorum vindicta, in caelum tollere. Multi denique stupere, quod in promptu tandem esset, Dei Ecclesiam operarii amicam esse iisque ea, qua posset, cura consulere. Re quidem vera Leo his maxime litteris, quae de operariorum quaestione dictae sunt, omnes sibi Americanos conciliavit, omnesque sibi arctissimo benevolentiae vineolo devinxit. Unde quum in Americanorum gratiam magis in dies veniret res catholica, anno MDCCXCIII apostolicum legationis munus Washingtoniae instituit Leo, ut inter gratos sibi et dilectos Americanos per legatum versaretur. Gubernaculum etiam Americanum non potuit, quin Leonis morem gereret sapientiae. Quum iam pridem Cleveland, praeclarus ille Praeses, opiparum Constitutionum exemplum Leoni dedis et dono, nuperrime Roosevelt Romanum misit legatos, qui de religiosis Philippinarum insularum sodalibus apud Eum agerent. Quare ea sententia peracta donum amplissimum Praesidi donavit Leo.

Quid ultra? Crevit in Americis et erexit, Leone duce, res catholica; in magnis nostris urbibus multi cives catholici; ad nongenta millia haec in urbe Chigaginensi esse dicuntur. Res quum ita se habeant, iure ominamur, tempus. Superis annuentibus, mox esse adventurum, quo religio demum catholica ad tantum potentiae gloriaeque fastigium ascendat, quantum nullo umquam aevo, ne mediam inter et recentiorem quidem aetatem naeta est. Quod Ecclesiae fatum maximo sane gaudio afficit Illum, qui per viginti quinque annos Petri navigium incolumem gubernavit, Leonem XIII.

Scrib. Chicagine

H. DOSWALD.



## ANNALES.

Leonis PP. XIII fasti in ratione civili.

**S**IT mihi quamquam obscuro rerum publicarium narratori, sit, inquam, venia quod consuetae viae oblitus aliquid in Summi Pastoris obsequium propius cessurum pertentem. Rei enim maximopere favet ipsa curieuli huius natura, quo publicarum rerum vices exponimus. Nam si quid maximi est, quod diuturni pontificatus gloriam constitutus, ea fuere non ultima, quae Pontifex, prudentia civili inter aetatis nostrae viros excellens, in Ecclesiae sibi concredite utilitatem est consequetus.

Idque illuxit plane ab ipso die, quo Petri solium ascendit; cum enim assumptam a se novam dignitatem regibus principibusque oportuit nuntiare, id non modo erga amicas adhuc gentes faciendum curavit, sed etiam erga principes vel civitates, quae etiam tum hostiles

animum in Christiani gregis pastorem servaverant, Germanos, Russos, Helvetios, Americanos. Neque incoepum irritum evasit: brevi enim cum Helvetiis, Mermillod, sacer antistes purpureo donatus honore, restituit pacem, factus optime intercessor. Germani sunt in responso aliquantulum morati; at venerunt tandem sui Caesaris litterae tutum iam pacis restaurandae praesagium. Quod quidem plane intelligens Leo novis datis ad Caesarem litteris paulo post mananas quas dicebant catholicas leges abolendas postulabat. Responsum hand alienum a pacificis sensibus eessit; inde paullatim factum est ut anno MDCCCLXXXI legatus Caesaris ad Pontificem missus sit, et quatuor post annis, Bismarekio illo suadente, Leo ipse inter Germanos atque Iberos de Carolinarum insularum dominio sederit arbiter. Anno sequenti denique longum post certamen lex a principe proposita, qua libertas Christi Ecclesiae restituta est.

\*

Conversae simul ad Russos Pontificis curiae. Anno MDCCCLXXXII, quo die Alexander III corona se cinxit, adfuit feriis legatus quoque Romani Pontificis. Non infitior per decennium deinde, Pobedonatzeff Synodi Russorum procuratore imperante, aerius insaevisse in Romanam sedem aemulationem; verum paulo post, missis a Pontifice encycelicis litteris ad Polonus Russis, et Germanicis, et Austrorum armis subiectis, melior aetas supervenit. Quae litterae eum maxime acceptae Russorum Caesaris evasissent, Iswolski princeps legationis honore auctus est, quam apud Leonem gereret.

\*

Mox novi superadditi fasti: neque enim quidquam Pontificis gloriae detraxit Hagensis ille conventus de pace absque eius legato celebratus; omnes enim populi atque gentes persensere, defuisse plane tanto coetui Principem, cuius maximi momenti suffragium fuisse; cuius contra sublata voce, ad inanem conatum apparuit ingens molimen esse redactum.

\*

Cum Gallis ita sollicitam vereque paternam adhibuit curam, ut maxima bonorum factio voicius suadentis, ut vetusta ponerent odia, atque Ecclesiae bono et miserorum solatio iunctis viribus adlaboraretur, morem statim gesserit. Quodsi non optime semper res cedere visa est, id maxime renascenti heic vel illie bonorum discordiae tribuendum, quibus praesens Gallicae Ecclesiae iactura imputanda est, quippe qui dissipatis viribus suis et in varias partes dispersis, occasionem optimam hostibus pararunt omne scelus audendi.

\*

Sunt hi quidem graves paterno animo dolores; est vero inter omnes acerrimus ille luctus, quem Italiae conditio intulit...

Ah! liceat mihi in fine recensionis huius votum proferre, quod maximum omnium Italorum est, ut Pastori summa senectute tantisque gestis rebus gloriose gaudium hoc supremum tandem aliquando contingat, ut patriae sibi cordi benedicat!

POPPLICOLA.



## AENIGMA

JOSEPHO LOVATELLIO.

Primum, mi Lovatelle, cum bibissem,  
Phthisi convalui ocius fugata.

Cymbam, quae liquidis natabat undis,  
Alterum maris in profunda mersit.

Quid totum, tibi nosse dant ocelli  
Turgentes, faciesque luetuosa,  
Et quae nescia comprimi aut domari  
Heu matre exanimi, intimas medullas  
Angit, exerciatque vis doloris.

LEO PP. XIII.

Ex sociis, qui huius aenigmatis interpretationem ad commentarii moderatorem misserint intra duos menses, unus, sortitus, gratis accipiet opus, cui titulus:

LEONIS PP. XIII

CARMINA NOVISSIMA.

Aenigmata an. V, n. XXI proposita his respondent:

1) Harundo-Hirundo-Hirudo; 2) Pallas.

Ea rite soluta miserunt:

Em. Gschwind S. P., *Pragae*. — Guil. Schenz, *Ratisbona*. — Ant. Lassota, *Sutrio*. — Ios. Gust. Grunes S. P., *Nicolsburg*. — Iul. Sernatinger, *Dresda*. — Frid. Gilelli, *Albia Intemelio*. — H. A. Strong, *Liverpolia*. — Ioan. Canto Ceva marchio, *Vercellis*. — Vinc. Lakatos, *Keszthely*. — Ios. Rokoszny, *Sandomiria Potonorum*. — Am. Robert, *Marieville in Canada*. — Ad. Huza, *Grybovia*. — D. Le Provost, *Briocen*. — Alois. Cappelli, *Santis*. — A. Mesek, *Travnick*. — Car. Strachey, *Londino*. — E. Burg, *Argentorato*. — Petr. Garrone, *Pezzana ad Vercellias*. — F. Arnori, *Meditiano*. — Rich. Malotta S. I., *Brzozow*. — Iuc. Bertran, *Figuera*. — C. Tranchese S. I., *Neapoli*. — Eug. Sosio, *Bormio*. — Alois. Battisti, *Marauta*. — Bibliotheca seminarii Monregalensis. — Georg. Maurer, *Bonna*. — R. V. Burns, *Collegio Gonzaga Spokane Washingtonio*. — Bon. Kansen O. S. B., *Torah*. — Alex. P. Gest, *Lambertville*. — H. Gardner, *Cincinnati*. — M. Vidal, *Patma in insula Maiorica*. — V. Pages, *Penang*. — H. Hertel, *Mendhusio*. — Alex. Maliandi, S. P. ad *Tanagrion*. — C. Perazzi, *Mangalore in Indis*. — Ad. Skrzynowski, St. Lawinski, *Sicinice*. — Ioan. Sismondo, *Augusta Taurin*.

Sortitus est praemium

E. BURG,

ad quem missum est opus, cui titulus:

SIRII PUBLILII SENTENTIAE,  
eurante C. L. BERTINI.

Sponsor: IOANNES BAPTISTA CIAMPI, iurisperitus.

ROMAE — Ex officina *Pacis Phil. Cuggiani*.

IL

S. Mari

Hoc li  
rei longe p  
pretatione  
Cantici orig  
vadori, lit  
edidit eura,  
L. 0.50, in

Cremon  
Negot  
torem Ro

Quid  
Leonis XIII  
rebat, ita proph  
enim Vincent  
quadam die eu  
instinctu certe  
visset, ac totus e  
bendi, patri, Lu  
illud, in quo s  
tabat puer, ingre  
ego discam; et a  
bam ». At pate  
vebat, ad uxore  
« Anna, num eg  
strum exercitu  
blanda coniux:  
In hoc Papam pr  
Sanctissimae r  
tempora et prud  
probarunt.

Leonis XIII c  
nitas, benign  
Quum Perusiae  
transmisso, aedib

## LE LAUDI LATINE

### IL CANTICO DEL SOLE

DI

S. FRANCESCO D'ASSISI

S. Maria degli Angeli, presso Assisi, tip. della Porziuncula, 1897

Hoc libello, praeter venustam praefatiunculam a Paulo Sabatier, viro rei longe peritissimo, conscriptam, continentur *laudes latine* cum interpretatione italica, *Canticum Solis*, et illa *Speculi perfectionis* capita, quae *Cantici* originem exponunt, aliaque permulta. Libellum hunc Iulius Salvadori, litteris tradendis in Romano Athenaeo doctor egregius, maxima edidit cura, Romae apud commentarii *Vox Urbis* Administratorem venit L. 0.50, in pauperum levamen.

## FIDES,

QUOD MUSICUM ORGANUM

### STRADIVARIUS

Cremonensium artifex celeberrimus confecit,  
Romae veneunt.

Negotium agitur apud *Vocis Urbis* administratorem Romae, via Alessandrina, 87.

## VARIA

Quid nesciunt matres?

Leonis XIII mater ut nomine Annam referbat, ita prophetica voce Annam retulit. Quum enim Vincentius-Ioachim, puerus adhuc, se quadam die cultui Sancti Thomae Aquinatis, instinctu certe afflatus divino, praecipue devovisset, ac totus esset in conamine legendi et scribendi, patri, Ludovico Pecci Comiti, conclave illud, in quo sub maternis oculis plura tentabat puer, ingredienti: - « O pater mi, - inquit, - ego discam; et ad instar Aquinatis legam et scribam ». At pater, qui mente longe diversa volvbat, ad uxorem conversus, quasi moerens ait: - « Anna, num ego fallar, qui Vincentiolum nostrum exercitum ducem sperabam? » Tum blanda coniux: - « Quid refert, Ludovice mi? In hoc Papam pro duce iucundius habebimus ». Sanctissimae matris vaticinium succedentia tempora et prudentissimi sapientia filii comprobabant.

Leonis XIII circa corrigendos humanitas, benignitas, comitas.

Quum Perusiae Leo adasset Episcopus, ponte transmisso, aedibus cum episcopalibus Semina-

## FIGURAE URBIS ROMAE

ARTE PHOTOGRAPHICA EXPRESSAE

COLLECTIONES VARIAE ET NUMERO ET PRETIO

veneunt apud comm. VOX URBIS Administratorem.

### URBIS E IANICULO MONTE PROSPECTUS

(m. 1.10 X 0.24)

qui sociis commentarii VOX URBIS dono datus est,  
venit singillatim L. 2.50

apud comm. VOX URBIS Administratorem.

SI QUIS PLURA REQUISIVERIT HUIUS PROSPECTUS EXEMPLARIA  
EA MINORI ACCIPIET PRETIO.

**I**BER (vulgo "ALBUM")  
praecipua Urbis referens, pulchritudine insignis atque, commentarii *Vox Urbis* moderatore iubente, expresse conflatus, apud eumdem commentarii administratorem, ROMAE, VIA ALESSANDRINA, 87,  
ven. lib. 1.50.

rium coniunxit, ut commodius inopinus ad tuendam disciplinam illuc vigil adiret. Factum est ut quadam die, signo dato, adolescentes in scholas, quisque suam, de more processerint. At Brunellius, qui italicae et latinae linguae pracepta tradebat, cathedrae magistrali non aderat, nescio qua de causa extra cunctatus. Episcopus Pecci, per ambulacra incedens, silentium in Brunelliana schola miratus, hanc ingreditur. Ubi sedem praeceptore carentem vidit, ascendit, et magistri vices assumens latina pueros docere coepit, haud aliter ac si hesternus a cathedra esset, multum demirantibus circa discipulis. Neque multo post ecce Brunellius anhelans adest, qui... pallens inter discipulos locum occupat. Ne verbum quidem Episcopus dixit advenienti, et coepta prosequebatur facundus. Neque docendo, nisi assonante in signum finis tintinnabulo, sese dimisit. Tunc vero excedens tremebundum salutat blandissimis vocibus Brunellium, et abit. Credite, lectores; nunquam tardus exinde Brunellius.

In Leone XIII memoriae vis.

Tantum scire nos quantum memoriae mandamus, quis negat? Hinc scitissimus ille habendus, qui tenacissima fruatur memoria. Quanta

vero Leo XIII memorandi vi polleat, recenti hoc facto probatur. Deveniens Carpineto manus, maximum invisura civem suum in Vaticana aree degentem, quum Romae esset, e proximis pagis mulier quaedam se Carpinetanis immiscit. Ubi coram fuerunt, quum singulos, iuxta imperium Pontificis, aulicus nomenclator nuncuparet adducens ad solium, unumquemque Pontifex humanissime affabatur, maiores illius nominibus propriis appellans, consanguineos, et facta quaedam uniuscuiusque enumerans; quod quidem mirabile videbatur adstantibus, quum Ipse quinquaginta et ultra abhinc annis absit a patria. At ubi ad piissimam mulierem illam ventum est, vel antequam nomen eius ferretur, illico Pontifex: - « Tu vero, filiola, Carpinetana non es. Bene accedas tamen in nomine Domini ». Et eum aulicus nomen huius dicere: - « Atqui, - addidit Leo, - non me adspectus eius fefellerat; non enim illa vultus dispositio est, quae Carpineti communis habetur, civis a finitimis distinguens meos; neque Carpinetanum cognomen hoc est quod enunciatur ». Habes Pontificem ab aspectu dignoscentem cives, et sexcentas inter familias singularum cognomina recordantem.

P. d. V.

ensionis huius vo-  
mnium Italorum  
te tantisque ge-  
e supremum tan-  
patriae sibi con-

POPLICOLA.

HO LOVATELLIO.

bibissem,  
ata.

tabat undis,  
a mersit.

nt ocelli

osa,  
aut domari  
as medullas  
loris.

O PP. XIII.

igmati interpre-  
noderatorem mi-  
, unus, sortitus,  
titulus:

III

SSIMA.

sita his respondent:  
udo; 2) Pallas.

nil. Schenz, Ratisbona.  
t. Grünes S. B., Nicol-  
- Frid. Gilielius, Albo-  
otia. — Ioan. Cantone-  
katos, Keszthely. — Ios.  
— Am. Robert, Marie-  
ovia. — D. Le Provost.  
A. Meseck, Travnick. —  
Argentorato. — Petr.  
F. Arnori, Mediolano  
c. Bertran, Figueris. —  
Sosio, Bormio. — Alois.  
inarci Monregensis. —  
rns. Collegio Gonzaga  
nsen O. S. B., Torah.  
Gardner, Cincinnati —  
a. — V. Pages, Penang.  
aliandi, S. P. ad Tana-  
dis. — Ad. Skrykowski;  
ondo, Augusta Taurin.

us:  
NTENTIAE,  
ERTINI.

CIAMPI, iurisperitus.

Phil. Cuggiani.

PROSPECTUS SUBNOTATIONIS  
COMM. VOX URBIS IN AN. MDCCCCIII

Pretium subnotationis est in Italia Libell. 10; ubique extra Italianam Lib. 15; M. 12; Sch. 12; Doll. 3; Rubl. 6; Flor.  $7\frac{1}{2}$ ; Coron. 15 *recto tramite* mittendum ad

**ARISTIDEM LEONORI EQUITEM**  
**COMMENTARII "VOX URBIS", POSSESSOREM ET ADMINISTRATOREM,**  
**ROMAM, via Alessandrina, 87.**

PRAEMIA SOCIIS CONSTITUTA.

Qui pretium ut supra miserit infra Ianuarium mensem anni MDCCCCIII, praeter Commentarii numeros omnes qui edentur ipso anno MDCCCCIII, accipiet *ad libitum*

a) Librum (vulgo « album ») praecipua Urbis referentem, pulchritudine insignem, atque Commentarii moderatore iubente expresse adstructum; *sive*

b) Urbis e Ianiculo monte prospectum (Tabulam aere cusam metr.  $1,10 \times 0,24$ ); *sive*

c) Collectionem chartularum electissimarum, quae distinctae coloribus plurima de Roma, iuxta optimarum artium placita, referunt.

**QUI NOVOS DABIT SOCIOS**

eligit insuper:

a) Libros de disciplinis omnibus, de bonis litteris, de Ecclesiasticis rebus quolibet e bibliopolarum catalogo, usque ad dimidium subnotationis annuae suae, id est in Italia ad Libell. 5; extra Italianam ubique ad Libell. 7, 50; Marck 6; Sch. 6; Doll.  $1\frac{1}{2}$ ; Rubl. 3; Flor.  $3\frac{1}{2}$ ; Coron.  $7\frac{1}{2}$ . Ipse electos libros describat atque Commentarii administratori significet; gratis mittentur, excepto impendio diribitorio Republicae debito; *sive*

b) E picturis Urbis grandes duas, photographice redditas, prouti voluerit ac significaverit; usque, ceu supra, ad dimidium annuae subnotationis;

c) *Sin potius cupierit, dimidium subnotationis pretium ei remittetur qua pecunia dimiserit.*

Hac ultima conditione (c) modus datur sociis, quo si binos dederint socios novos, ipsi gratis Commentario fruantur; sin, possint amico favere, Commentarium dimidiato pretio praebentes.

*Notatum vero plane volumus nos nova omnino sociorum nomina exspectare tradenda; non enim socios novos umquam existimabimus eos, qui nomen suum olim iam Commentario dederunt.*